






THE TRVSTEES OF THE
PVBLIC LIBRARY
LVX
OMNIVM
CIVIVM
OF THE CITY OF
BOSTON
1852 1878

Johannis andree episcopi aleriensis ad summū ponti
ficem paulum secundum Venetum epistola in laudem ip
sius sancti leonis pape incipit feliciter ·

SI tua michi o pater beatissime paule secūde ve
nete romanoꝝ pōtifex maxime sanctitas ante
hac veniam tribuit · ex impicia forsitan audēti
tenuitatis mee maiusculas lucubraciones tue
potissimū dedicare pietati vt p sese obscure mirifico tuo
illustrarentur fulgore · et fierent te suscipiente preciose ·
merito hijs quadragesime augustis venerabilibusq; die
bus inclitum illum pontificem Leonem primum nacione
thuscum vt puto · in calcedonensi synodo summa patrū ad
miracione ter sanctum acclamatum · tibi maximo pōtifici
tante cathedre thronum ornatissime implenti debui offer
re · non magna difficultate recognitum sed summa vtili=
tate perlectum Cuius in breuibus sed diuino artificio cō
summatis sermonibȝ latissima rerum diuinaꝝ misteria et
secundum canonicas scripturas quidā sacri eloquij prin
cipatus includitur · oracōne em̄ parcus · sensibꝰ vero sub
limis in primis celestis et quod est ante om̄ia admirabile
profūdissimus piter atq; planissimus pontificia differēs
maiestate et apostolico facūdus eloquio modestia illa ve
re cristiana virtuteq; diuina viua nimirū euangelij tuba
et prope electionis vas alterū · caste fidei sacramētis au=
res implet cristianas · vt si plura illi scribere vel pōtifica=
lium negociorū ingens labor vel inuidie etatis angusta
spacia pmisissent · omnes diuinitatis thesauros facile fue
rit supra expositoris eciā qualitatē aperturus · Hic est pa
ter sancte leo ille magnus cognomīto primus dignitate ·
eloquēcia nemini cedens · multos excedens sapiēcia bre
uitatis magister et pene vnicus artifex · qui tante appella
cionis nomen sanctitatis tn̄ merito superauit · a sacrosan
ctis apostoloꝝ memorijs nunq̄ discedēs cuius tu quoq;
exemplo sacratissima apostoloꝝ pignora semp amplexus

nullo tempe deserenda censuisti Quo adhuc diacono et pro rebus pontificijs ab vrbe absente ecclesie romane regius clerus et sanctus summi pontificis prope duos menses distulit electōis suffragia sanctiora· Qui et si vita omnium maximus fuit· sese tamē copia miseracionis excessit et diuini ingenij claritate· quē successoꝝ multi adeo sunt admirati vt diu continuata vocabuli successione leones per ordinem voluerint appellari· a quibus ciuitatis quoqꝫ leonine facta ē celebris appellacio Hic ē ille leo qui maximis ecclesie fideribꝫ ambrosio ieronimo augustino ne grecas pontificū maiestates pcenseā pares maximis omib9 excellencia· occidētibus orbi cristiano· et celo orientib9 angelorumqꝫ consorcō · vt sol quidā ꝑ omnibus vn9 mūdo satis fuit illustrādo· quē vt fulgur phorruit heretiroꝝ impietas· coluit vt numē impatorum maiestas ·plusqꝫ dici potest veluti parentē venerata est fidelis cūcta cristianitas Hic est leo certe ecclesiastice dictionis tullius· theologie homer9· racionū fidei aristotiles et vt omia vnico absoluam verbo petrus in pōtificō throno paulus in pulpito cristiano· ita demulcēs vt vinctos auditores teneat ita docens vt sensibus diuinis impleat ita exhortans vt ardoribus virtutis incendat· legendus· ediscendus· imitandus· Huius ꝓpria pontificis iure dici potest oracō· de quo a me magis illum stupente qꝫ laudante id solum accipi dictum velim· amari facile leonem posse· ꝑ merito nunqꝫ pdicari licere· Is igit̃ sit noster in terris instructor · in celis apud omipotentem deū intercessor· qui est in secula benedictus Amen·

Sequuntur rubrice tocius operis per ordinem·

Beati leonis pape de assumpcione sua ad pontificatū graciaꝝ actionis· sermo primus Laudem dn̄i In anniuersario die assumpcionis sue eiusdem sermo secundus de pontificatus qualitate secundum ordinez melchisedech· Quociens

Liber sermonum sancti leonis primi pape doctoris floridissimi ac eloquentissimi incipit feliciter.

Sermo primus de ordinacione sua in pontificem.



Laudem domini loquatur os meum. et nomen sanctum eius anima mea et spiritus. caro ac lingua benedicat. Quia non verecunde sed ingrate mentis indicium est beneficia tacere diuina. et satis dignum est a sacrificiis dominice laudis obsequium osecracionis pontificis inchoare. quia in humilitate nostra memor fuit nostri dominus et bñdixit nobis. qr fecit mirabilia mag solus. vt pñtem me concerneret vestre sanctitatis affectio quem fecerat necessitas longe peregrinacionis absentem. Ago igitur deo nostro gracias semperqꝫ acturus pro omnibus que retribuit michi. vestri quoqꝫ fauoris arbitriū debita graciaruꝫ actione concelebro. euidenter intelligēs. quātum michi reuerencie amoris et fidei possint studia vestre dilectionis impendere animarum vestrarum salutem pastorali sollicitudine cupienti. qui tam sanctum de me nullis ad modum precedentibus meritis iudicium protulistis. Obsecro igit̄ p̄ misericordias domini. iuuate votis quem desideriis expetistis vt̄ spiritus gracie maneat in me et iudicia vestra non fluctuent. Prestet in conmune omnib9 nobis pacis bonum. qui nobis studia vnanimitatis infudit. vt omnibus diebus vite mee in omnipotentis dei seruicium et vestra paratus obsequia cum fiducia possim dominū depcari. pat̄ sancte oserua eos in nomine tuo quos dedisti michi. sempqꝫ vobis pficiētib9 ad salutē magfiicꝫ anima mea dominum. et in futuri retribucione iudicii ita

michi apud iustū iudicem sacerdocij mei racio subsistat
vt vos michi per bona opera vestra sitis gaudiuz・vos co
rona・que bona voluntate sincerum presentis vite testimo
nium prestitistis・ Honorabilem igitur michi dilecti ssimi
hodiernum diem fecit diuina dignacio・que dum humili
tatem meam in summum gradū prouehit quod nemineȝ
suorum sperneret demonstrauit・ Vnde et si necessarium
est trepidare de merito・ religiosum tamen est gaudere
de dono・quoniaȝ qui michi oneris est auctor ipse est ad
ministracionis adiutor・ et ne sub magnitudinis gracia
succūbat infirmus・dabit virtutem qui contulit dignita
tem・Recurrente igitur per suum ordinem die quo me do
min9 episcopalis officij voluit habere principiū・vera mic
hi in gloriam dei est causa letandi・Qui michi vt multuȝ
a me diligeretur multa dimisit・Et vt mirabilem faceret
graciam suam・ in eum munera sua contulit・ in quo meri
torum suffragia non inuenit・Quo opere suo domin9 q̄d
cordibus nostris insinuat quidue conmendat・ nisi vt de
sua iusticia nemo presumat et de ipsi9 misericordia nemo
diffidat・ Que tunc euidencius preminet・quando pecca
tor sanctificatur et abiectus erigitur・ Neque enim de
qualitate nostrorum operum pendet celestium mensura
donorū・aut in isto seculo in quo tota vita tēptacio est・
hoc vnicuiqȝ tribuitur quod meretur・ Vbi si iniquitates
dominus obseruaret・null9 iudiciū suum sustineret・ Ma
gnificate igitur dilectissimi dominum mecum・ et exalte
mus nomen eius in inuicem vt tota racio celebritatis ho
dierne・ad laudeȝ sui referatur auctoris・ Nam quod pro
prie ad effectuȝ animi mei pertinet・confiteor me plurimū
de omniuȝ vestruȝ deuocione gaudere・Cūqȝ hāc venera
biliū ꝯsacerdotuȝ meoꝝ splendidissimā frequētacionē vi
deo・ angelicū nob i tot sanctis sencio iteresse ꝯuentū nec
dubito avūdanciori nos hodie diuine p̄sencie gracia vi-
sitari・qn̄ simul assunt ⁊ vno lumie micāt・ tot speciosissima

Quoniam sancta tante constitucionis vtilitas non prete rito tantum tempori·sed eciam nostre prospexit etati vt quod illis ad destructionem pfuit vanitatū hoc nobis p ficeret ad incremēta virtutū Quid autē tam aptū fidei quid tam cōueniens pietati q̄ egencium iuuare pauper tatem infirmorū curam recipere· fraternis necessitatib9 subuenire·et condicionis proprie in aliorū labore memi nisse· Inquo opere quantū quis possit sol9 veraciter ille discernit qui nouit quid quibusqȝ contulerit Non soluȝ eñ spirituales opes et dona celestia deo donāte cupiunt̄ sed et terrene et corporee facultates ex ipsius largitate puenīūt vt merito racioneȝ earū queritur9sit que nō ma gis possidēda tradidit q̄ dispensanda cōmisit Muneri bus igitur dei iuste et sapienter vtendū est ne materia operis boni fiat causa peccati Nam diuicie quod ad ip sas species earum atqȝ substancias pertinet bone sunt·⁊ humane societati plurimū prosunt cū a beniuolis habent̄ et largis nec illas aut luxuriosus prōdit aut auarus ab scondit vt tam pereant male cōdite q̄ insipienter expen se Quanuis enim laudabile sit intēperanciam fugere et turpium voluptatum dampna vitare multiqȝ magnifice voluptates suas dedignentur occulere et in copia afflu entes vilem atqȝ sordentē horreant parcitatem non est tamē talium aut felix habundācia aut blāda frugalitas si ipsis tantū proprie opes seruiūt si eorum bonis nulli iu uantur paupes nulli fouent̄ infirmi si de magnarū habū dancia facultatū non captiuus redempcionē non pegri nus solacium non exul sentit auxilium· Huiusmodi diui tes egenciores omnibus sunt egenis·perdunt enim illos redditus quos possunt habere perpetuos·et dum breui nec semp libero incubāt vsui·nullo iusticie cibo nulla mi sericordie suauitate pascuntur foris splendidi intus ob scuri habundantes temporalium inopes eternoruȝ quia ipsi animas suas fame afficiunt et nuditate dehonstant

qui de hijs que terrenis horreis commendarunt· nichil the saurís celestibus intulerunt· Sed forte sunt aliqui diui tum· qui licet nullis largicionib9 pauperes ecclesie sole ant adiuuare· alia tamē dei mādata custodiant· et inter diuersa fidei ⁊ probitatis merita veniabiliter sibi estimāt vnam deesse virtutem· Verum· hec tāta est· vt sine illa ce tere eciam si sint prodesse nō possunt· Quāuis enim quis fidelis sit et castus et sobri9· et alijs maiorib9 ornatus in signibus si misericors tamē non est· misericordiā non me ret· Ait em̄ domin9 beati misericordes qm̄ ipsorum mise rebitur deus· Cum autē venerit filius hominis in maiesta te sua et sederit in throno glorie sue et cōgregatis omni bus gētibus bonoruʒ et malorum fuerit facta discrecio· in quo laudabunt qui ad dextram stabūt· nisi in operibus beniuolencie et caritatis officijs· que ihesus crist9 sibi im pensa reputabitur· quoniā qui naturā hominis suaʒ fecit in nullo se ab humana humilitate discernit· Sinistris ve ro quid obicietur nisi neglectus dilectionis· duricia inhu manitatis· et paupib9 misericordia denegata· quasi nec alias virtutes dextri nec alias offēsiones habeāt sinistri· sed illo magno summoq3 iudicio· tāti existimabit vel lar gitatis benignitas vel tenacitatis impietas· vt p pleni tudine omniū virtutuʒ· et pro summa omniū conmissoꝝ· et per vnum bonum isti introducantur in regnum· et per vnū malum illi in ignem mittātur eternuʒ· Nemo igitur dilectissimi de vllis sibi bone vite meritis blandiat: si illi defuerint opera caritatis· nec de sui corpis qualitate secu rus sit qui nulla purificacione mundatur· elemosine enim peccata delent· mortē perimunt· et penā perpetue ignis extinguunt· Sed qui ab earum fructu fuerit vacu9· erit ab indulgencia retribuentis alienus· dicente salomone q obturat aures ne audiat imbecilles et ipse inuocabit dominum et non erit qui exaudiat eum· vnde et thobias filium suum preceptis pietatis instituens· ex substancia

sibi templi mole lacesscit. Soliditas eñ illi9 fidei que in apostoloꝝ principe ē laudata. perpetua est. Et sicut per manet quod in cristo petrus credidit ita ꝑmanet quod i petro xp̄c istituit. Cū eñ sic euāgelica lectōe reseratū ē. interrogasset dominus discipulos quem ipsum multis di uersa opinantibus crederent. respondissetq; beat9 apo stolus petrus dicens. tu es cristus fili9 dei viui. domin9 ait. Beatus es simon bariona. quia caro et sanguis non reuelauit tibi. sed pater meus qui in celis est. Et ego di co tibi. quia tu es petrus. et super hanc petram edifica bo ecclesiam meam. et porte inferi non preualebūt aduer sus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcū q; ligaueris super terram. erit ligatum et in celis. Et qd̄ cunq; solueris super terram erit solutum et in celis. Ma net ergo disposicio veritatis. et beatus petrus in accepta fortitudine perseuerans suscepta ecclesie gubernacl'a nō reliquit. Sic enim pre ceteris ordinatus. vt dum petra dicitur dum fundamentum nominatur. dum regni celoꝝ ianitor constituitur. dum ligandoruȝ soluendorumq; ar biter mansura eciam in celis iudiciorum definicione pre ficitur. qualis ipsi cum cristo esset societas. per ipsa app el lacionum eius misteria nosceremus. Qui nunc plenius ⁊ potenciuȝ ea que sibi commissa sunt pagit. et omnes par tes officiorum atq; curarum in ipso et cum ipso. per queȝ est glorificatus exequitur. Si quid itaq; a nobis recte agitur. recteq; discernit̄. si quid a misericordia dei quot tidianis supplicacionibus obtinetur. illius est operum atq; meritorum. cuius in sede sua viuit potestas. excellit auctoritas. Hoc enim obtinuit dilectissimi illa confessio que a deo prē apostolico īspirata cordi. omia humanarū opinionū incerta trāscendit. et firmitatē petre q̄ nullis impulsionib9 q̄teret accepit. In vniuersa nāq; eccl'ia tu es xp̄c dei fili9 viui quottidie petr9 dicit. et omis ligua q̄ dominū confitetur magisterio huius vocis imbuit̄. Hec

fides diabolũ vincit· et captiuorum eius vincla dissoluit
Hec erutos mundo·inserit celo·et porte inferi preualere
aduersus eam non possunt· Tanta eñ diuinitus solidita
te munita est ·vt eam nec heretica nunquaȝ prorumpere
prauitas nec pagana potuerit superare perfidia· Hiis
igitur modis vos dilectissimi racionabili obsequio cele
bratur hodierna festiuitas· vt i persona humilitatis mee
ille intellgatur· ille honoretur· inquo et omnium pasto
rum sollicitudo · cum commendatarum sibi ouium custo
dia perseuerat· ⁊ cuius eciam dignitas in indigno here
de non deficit · Unde venerabilium quoqȝ fratrum et cõ
sacerdotum meorum desiderata michi et honoranda pre
sencia·hinc sacracior est atqȝ deuocior·si pietatem huius
officij in quo adesse dignati sunt· ei principalit̃ referunt·
quem non solum huius sedis presulem·sed et omniuȝ epi
scoporum nouerunt esse primatem· Cum ergo coherta
ciones nostras auribus vestre sanctitatis adhibemus· ip
sum vobis cuius vice fungimur·loqui credite·quia et il-
lius affectu mouemus· et non aliud vobis quaȝ quod do
cuit predicamus· obsecrantes vt succincti lumbos men
tis vestre·castam et sobriaȝ vitam in dei timore ducatis·
nec concupiscencijs carnis mens principatus sui oblita
consenciat· Breuia et caduca sunt terrenarum gaudia
voluptatum· que ad eternitatem vocatos· a semitis vite
conantur auertere·Fidelis ergo et religiosus animus ea
que sunt celestia concupiscat·et diuinarum promissionũ
auidus·in amoreȝ se incorruptibilis boni·et in spem vere
lucis attollat· Certi autem estote dilectissimi quod labor
vester quo vicijs resistitis et carnalibus desiderijs repug
natis placens in conspectu dei est atqȝ preciosus nec·so-
lum vobis sed eciam michi apud dei misericordiam pro
futurus quia de profectu gregis gloriat̃ cura pastoris
Corona enim mea sicut apostolus ait et gaudium vos
estis si fides vestra que ab inicio euangelij in vniuerso

mūdo predicata est in dilectione et sanctitate pmāserit· Nam licet omnem ecclesiam que in toto orbe est terrarū· cunctis oporteat florere virtutibus·vos tamen precipue inter ceteros populos decet meritis pietatis excellē·quos in ipsa apostolice petre arce fundatos·et domin9 noster ihesus cristus cum omnibus quos redemit et beatus apostolus petrus pre omnibus erudiuit·per cristū dominū nostrum·

De eodem sermo tercius·

Gaudeo dilectissimi de religioso vestre deuocōis affectu· et deo gracias ago quod in vobis pietatem cristiane vnitatis agnosco· Sicut enī ipsa frequencia vestra testatur intelligitis diei huius recursum ad leticiam pertinere communem·et honorem celebrari tocius gregis per annua festa pastoris· Nā licet vniuersa ecclesia dei·distinctis ordinata sit gradibus·vt ex diuersis membris sacrati corporis subsistat integritas· nos tamen omnes sicut ait apostolus in cristo ihesu vnū sumus· Nec quisquā ab alterius ita est diuisus officio vt non ad connexionem pertineat capitis·cuiuslibet humilitas porcionis· In vnitate igitur fidei atq3 baptismatis·indiscreta nobis societas dilectissimi et generalis est dignitas·secundū illud beatissimi petri apostolici sacratissima voce dicentis· et ipsi tamquā lapides viui super edificamini in domos spiritales· sacerdocium sanctum· offerentes spiritales hostias acceptabiles deo p ihesum cristum·et infra·vos autem genus electum·regale sacerdociū·gens sancta·populus acquisicionis· Omnes enim in cristo regeneratos crucis signum efficit reges sancti spiritus vera vnctio consecrat sacerdotes vt preter istā specialem nostri ministerij seruitutem· vniuersi speciales et racionales cristi agnoscant se regij generis· et sacerdotalis officij esse consortes· Quid enim tam regium· quam subditum deo animum sui corporis esse rectorem

Et quid tã sacerdotale q̄ꝑ vouere domino consciencíã pu rã· ꝛ imaculatas pietatis hostias ꝺ altari cordis offẽre· Quod cum omnibus per dei graciam conmune sit factũ· religiosũ nobis atque laudabile est ꝛ de die prouectionis nostre· quasi de proprio honore gaudere· vt vnuꝫ celebretur in toto ecclesie corpore pontificij sacramentuꝫ· quod effuso benedictionis vngento· copiosius quidem in superiori profluxit sed nõ parce eciam in inferiora descendit· Cum itaqꝫ dilectissimi de consorcio istius muneris magna nobis materia sit conmunium gaudioruꝫ· verior tamẽ nobis et excellẽcior erit causa letandi si non in nostre humilitatis consideracione remouemũ· cũ multo vtilius· multoqꝫ sit dignius· ad beatissimi petri apostoli gloriaꝫ contemplandam aciem mentis attollere et hunc diem in illius potissimum veneracione celebrare· qui ab ipso omniũ carismatum fonte tam copiosis est rigacionibus mundatus· vt cum multa solus acceperit· nichil in quẽquaꝫ sine ipsius participacione transierit· Verbũ enim caro factũ fuerat· et habitabat iã in nobis· et reperando humano generi totum se cristus impenderat· Nichil indispositũ sapiencie· nichil erat arduum potestati· Famulabantur elementa· ministrabant spiritus· angeli seruiebant· nec vllo modo poterat inefficax esse sacramẽtum· quod siml' ipsius deitatis vnitas operabat̄ et trinitas· Et tamẽ de toto mundo vnꝰ petrꝰ eligit̄ qui est vniuersarum gencíuꝫ vocacioni et omibus apostolis cunctisqꝫ ecclesie patribus preponatur vt quanuis in populo dei multi sacerdotes sint· multiqꝫ pastores omnes tamen proprie regat petrus quos principaliter regit et cristus Magnum et mirabile dilectissimi huic viro consorcium potencie sue tribuit diuina dignacio· Et si quid cum eo comune ceteris voluit esse patribus· nunquã nisi ꝑ ipsũ dedit· q̄tquid alijs nõ negauit· Omnes deniqꝫ apostolos dñs q̄d de se hoĩes opinent̄ iterrogat· et tã diu sermo rñdenciũ cõis ẽ·

q̄ diu humane intelligēcie ābiguitas explicat̄· At vbi ·
quid habeat discipulorum sensus exigitur· primus est in
domini cōfessione· qui primus est ī apostolica dignitate
Qui cum dixisset· tu es cristus filius dei viui· Respondit
ei ihesus· Beatus es simon bariona quia caro et sanguis
nō reuelauit tibi· sed pater meus qui in celis est· Id est·
ideo beat9 es· quia pater meus te docuit· nec terreā opi
nio te fefellit· sed inspiracio celestis instruxit· Et non ca
ro et sanguis sed ille me tibi cuius sum vnigenitus filius
indicauit· Et ego dico tibi· hoc est· sic tibi pater meus
manifestauit diuinitatem meam· ita et ego notaʒ tibi fa
cio excellenciam tuam· quia tu es petrus· idest· cum ego
sim inuiolabilis petra· ego lapis āgularis· qui facio vtra
qʒ vnum· ego fundamentum· preter quod nemo potest
aliud ponere· tamen tu quoqʒ petra es quia mea virtute
solidaris· vt que michi potestate sunt propria· sint tibi
mecum participacione comunia· Et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam et porte inferi non preualebūt
aduersus eam· Super hanc inquit fortitudinem eternū
extruam templum· et ecclesie mee celo inserenda sublimi
tas in huius fidei firmitate consurget· Hanc confessiōʒ
porte inferi nō tenebunt· mortis vincula non ligabunt·
Vox enī ista· vox vite est· Et sicut confessores suos in cele
stia propheit· ita negatores ad inferna demergit· Prop
ter quod dicit̄ beatissimo petro· Tibi dabo claues regni
celorum· et quecunqʒ ligaueris super terram erunt liga
ta et in celis et quecunqʒ solueris super terram erūt solu
ta et in celis· Transiuit quidem eciam in apostolos vis
potestatis istius· et ad omnes ecclesie principes· decreti
huius constitucio conmeauit· Sed non forte sine causa
vni conmendauit quod omnibus intimetur· Petro enim
hoc ideo singulariter creditur· qr cunctis ecclesie recto
ribus· petri forma preponitur· Manet ergo petri priui
legium vbicumqʒ ex ipsius fertur equitate iudicium·

nec nimia est vl' seueritas vl' remissio vbi nichil erit liga
tum nichil solutum nisi quod beatus petrus aut soluerit
aut ligauerit· Instante autē passione sua dominus que
discipulorum erat turbatura constanciam· simon inquit
simō· ecce sathanas expostulauit vos vt cribraret sicut
triticum· ego autez rogaui pro te vt non deficiat fides
tua· Et tu aliquando conuersus·confirma fratres tuos·
vt non intretis in temptacionē·Conmune erat omnibus
apostolis periculū de temptacōne formidinis·et diuine
protectionis auxilio piter indigebant·quoniā diabolus
omnes exagitare omēs cupiebat elidere· et tñ specialis
a domino petri cura suscipit·et p fide petri ꝓprie suppli
catur tanquam aliorū status cercior sit futurus· si mens
pncipis victa nō fuerit In petro ergo omniū fortitudo
munitur·et diuine gracie ita ordinatur auxilium· vt fir
mitas que per cristū petro tribuit·per petruz apostolis
conferat Cum itaqꝫ dilectissimi tātum nobis videamus
presidium diuinitus institutum·racionabiliter et iuste in
ducis nostri meritis et dig̃tate letamur gracias agētes
sempiterno regi redēptori nostro domino ihesu cristo·
qui tantā potenciā dedit ei· quē tocius ecclesie principē
fecit· vt si q̃d eciā nostris tpibus rite p nos agit recteqꝫ
disponit·illius opibus· illius sit gubernaculis deputan
dum·cui dictuz est·et tu cōuersus cōfirma fratres tuos·
et cui post resurrectionem suā dominus ad trinā eterni
amoris professionez mistica insinuacione ter dixit· pasce
oues meas·quod nunc proculdubio facit· et mandatum
domini pius pastor exequitur confirmās cohortacōibꝫ
suis et pro nobis orare nō cessans vt nulla temptacione
supemur· Si autē hanc pietatis sue curaz omni populo
dei sicut credendū est vbiqꝫ pretēdit·q̃ntomagis nobis
alumpnis suis opem suam dignat impēdere·apud quos
in sacro beate dormicionis thoro· eadez q̃ p̄sedit carne
requiescit Illi ergo hūc seruitutis nostre nataliciū diē·

illi ascribamus hoc festuȝ· cuius patrocinio sedis ipsius meruimus esse cōsortes· auxiliāte nobis p omnia gracia domini nostri ihesu xpi qui viuit et regnat ꝛc·

De collectis sermo primus·

Multis diuinarū scripturarū testimonijs edocemur· quantum elemosinarum meritum· et quanta sit virtus· Certum est enim vnumquemqꝫ nostrum anime sue bn̄facere· quociēs misericordia sua inopie succurrit aliene· Prompta ergo dilecti et facilis apud nos esse largitas debꝫ Si credimus id sibi vnūquēqꝫ prestare quod indigētibus tribuit· Thesauꝝ em̄ cōdit i celo· qui cristum pascit in paupe Benignitatē itaqꝫ in hoc et dispensacionē diuine pietatis agnosce Idcirco enim te habundare voluit·vt per te alius non egeret· et per ministeriū operis tui·pauperē ab egestatis labore·te a peccatoꝝ multitudine liberaret O mira prouidencia et bonitas creatoris vt vno facto duobꝫ vellet esse succursū· Ventura igit̄ dominica dies collectaꝝ futurus est Hortor et moneo sanctitatē vestram· vt singuli quiqꝫ et pauperum memineritis et vestri· et pro possibilitate virium vestraꝝ intelligatis i egētibus cristū qui tm̄ nobis pauperes cōmendauit vt se in ipsis vestiri suscipi testaretur et pasci·cristus donminus noster·

De eodem sermo secundus·

Notum vobis dilectissimi et familiare mādatum pastorali p̄dicamus hortatu·in opere misericordie studeatis esse deuoti Quod eciā si nūq̄ a vestra sanctitate negligit̄· nūc tn̄ propcius est et impensius exequendū quia primus collectaꝝ dies saluberrime a sanctis patribus institutus hoc exigit vt vnusquisqꝫ pro ut votiuum atqꝫ possibile est·in vsus atqꝫ alimoniaȝ pauperum de vestris facultatibus cōferatis· Scientes p̄ter illud regeneracionis lauacruȝ· in quo vniuersorum ablute sunt macule pc̄toꝝ· hoc remediū infirmitati humane

diuinitus esse donatum· vt si quid culpaꝝ in hac terrena habitacione cõtrahit· et elemosinis deleat· Elemosine enim opera caritatis sunt· et scimus quia caritas operit multitudinẽ peccatoꝝ· Proinde dilectissimi in secundã feriam spontaneas collectiones vestras sollicite ꝑparate vt quicquid vobis de tẽporalibus substancijs depseritis id multiplicatũ in eterna retribucione sumatis·

¶ Sermo tercius de eodem·

Cristiane pietatis est dilectissimi vt que apostolicis sunt tradicionibus instituta· perseuerãti deuocione seruent· Naz illi beatissimi discipuli veritatis hoc diuinitus inspirata cõmendauere doctrina· vt quociẽs cecitas paganoꝝ super institucionibus suis esset intencior· tũc ꝑ recipue populus dei oracionibus et operibus pietatis instaret· Quoniã immũdi spũs quãtuz gentiliuz errore letant tamẽ vere religionis obseruãcia vrunt· et augmenta iusticie vrunt impietatis auctorem Cuius impia et prophana conmenta· ne sactis deo vero cordibus aliquid pollucionis inferrẽt· beatus magister gencium ꝑcauebat· cum voce apostolica diceret· Nolite iugum cũ infidelibus ducere· que em̄ pticipacio iusticie cum iniquitate· aut que societas luci ad tenebras· et deinde vocẽ prophetici spiritus adderet dicẽs· Exite exite· et immũdum ne tetigeritis· Unde qm̄ ad destruẽdas antiqui hostis insidias in die quo impij sub ydolorũ suorum nomine diabolo seruiebant ꝓuidentissime in sancta ecc̃ia prima est instituta collectio· Volumus dilectionẽ vestrã tercia feria ꝑ omnes regionũ vestraꝝ ecclesias cũ voluntarijs elemosinarũ oblacionibus cõuenire· In quo opere eciaz si nõ est omniũ eq̃lis facultas· debz esse par pietas· quoniã fideliũ largitas nõ de muneris pensat pondere sed de beniuolencie quantitate· Habeãt ergo in hoc misericordie cõmercio eciã pauperes lucrũ· et ad sustentacionem egẽcium de quãtacunqꝫ substãcia aliquid quod

eos nō cōtristet excerpāt. Sit diues munere copiosior. dum par animo non sit inferior. Quāuis enim maior spe ret̃ redditus de maiore semēte. potest eciā tñ de exigua saciacione multus fruct9 ꝑuenire iusticie. Justus est em̄ iudex noster et verax. qui neminē fraudat mercede meri torum. et ideo nos curā pauperū vult habere. vt in futu re retribucionis examine. misericordibus quam promisit misericordiam largiatur xp̄c dominus noster.

De eodem sermo quartus.

Misericordia dilectissimi et iusticia dei formā re tribucionū suarum a mundi ꝯstitucione dispositā p doctrinam dn̄i nostri ih̄u xp̄i benignissima ut nobis exposicōe reseravit. acceptis reꝝ sig̃ficacionibus que futura credim9 iam quasi gesta nosse m9. Sciebat em̄ redemptor noster atqꝫ saluator. quātos fallacia diaboli per totuꝫ mūdum sparsisset errores. et q̄ multis supersticionib9 maximā sibi partem humani generis subdidisset. Sed ne vltra p ignoranciaꝫ veritatis creatura ad ymaginem dei condita. in p̄cipicia perpetue mortis a geret̃. euangelicis paginis iudicij sui inseruit qualitatē qꝫ omneꝫ hominē a calidissimi hostis reuocaret insidijs cum iaꝫ nulli esset incognitum q̄ bonis speranda premia. et q̄ malis essent inferenda supplicia. Incentor nāqꝫ ille. auctorqꝫ peccati. primū supb9 vt caderet. deinde inuidus vt noceret. qr i veritate nō stetit. totā vim suā in mēdacio collocauit. Atqꝫ decepcionū genera de h̃ venenatissimo artis sue fonte produxit. vt ab illo bono quod ip̄e ꝓpria elacione pdiderat. spem humane deuocionis excluderet. eosqꝫ in consorcium dāpnacionis sue traheret. ad quorū ip̄e reconsiliacionē ptinere non posset. Quitquid igitur hominū quibuslibet impietatib9 deū lesit. hui9 fraud tra ductum. hui9 est nequicia depravatum. facile enim in oīa vicia impulit quos in religione decepit. Sciens aūtē deū non solum verbis sed eciam factis negari. multis qui bus

auferre non potuit fidez· sustulit caritatem·et agro cor
dis ipsorū auaricie radicib9 occupato· spoliauit fructu
operū· quos non priuauit cōfessione labiorum· Propter
has ergo dilectissimi versucias hostis ātiqui scire nos vo
luit ineffabilis benignitas cristi ꝙ i die retribucionis de
vniuersitate esset hominū decernēdum·vt dū in hoc tem
pore legittimorum remediorū medicina ꝓbetur·dū elisis
reparacio non negatur·et qui diu fuerunt steriles possunt
tandē esse fecūdi·preueniat disposita censura iusticie·et
nūꝙ a cordis ocul' diuine discrecionis ymago discedat·
Veniet enim in maiestatis sue gloria domin9·sicut ipse ꝑ
dixit·aderitqꝫ cum eo radiās in splēdoribus suis innume
rabilis angelicarū multitudo legionum· congregabunt
ante thronū potencie eius omniū gencium populi·et quic
quid hominum vniuersis seculis toto terrarū orbe ꝓgeni
tum est·in cōspectu iudicantis astabit·separabuntur ab in
iustis iusti·a nocentibus innocētes· Et cum preparatum
sibi regnū recēsitis misericordie operib9 filij pietatis ac
ceperint· exprobrabit duricia sterilitatis i iustis et nihil
habentes sinistri commune cum dextris·in ignem ad dia
boli et angelorum eius tormenta dispositum·omnipoten
tis iudicis dampnacione mittent· cuz illo habituri pene
communionem·cui9 elegerunt facere voluntatē· Quis igit
istam sortem eternorū cruciatuū nō pauescat· Quis ma
la nūꝙ finienda non tenebit· Sed cū ideo denunciata sit
seueritas vt mīa quereretur in diebus ꝑsentibus·cum mi
sericordie est largitate viuēdum·vt hominū post pericu
losam negligenciam ad pietatis opera reuertēdi· possibi
le sit ab hac sentēcia liberari· Hoc enim ait potēcia iudi
cis·hoc gracia saluatoris vt relinquat impius vias suas·
et ab iniquitatis sue consuetudine pctor abscedat· Mi
sereant pauperum·qui sibi volūt parcere cristum· faciles
sint i alimēta miserorū·qui cupiūt ad societatē pertinere
felicium· Non sit vilis boni homo·nec in quoꝙ despiciat

illa natura· quam rerum cōditor suam fecit· Cui laborā
cium licet negare quod cristus sibi profitetur impendi·
Iuuatur conseruus· et graciā refert dominus· Cibus egeni
regni celestis est precium et largitor temporaliū heres
efficitur eternorum Vnde autē exigua ista impēdia tan
ta estimari taxacione meruerunt·nisi quia pondera opm
caritatis lance pensant·et cum amatur ab homine quod
deus diligit·merito in eius ascendit regnum in cuius trā
situr affectum·Ad horū ergo operū dilectissimi piam cu
raz dies nos apostolice institucionis inuitat·in quo sanc
tarum collectionū prima collectio est prudenter a patri
bus et vtiliter ordinata· vt qr in hoc tempe gētilis quō
dam populus supersticiosius demonibus seruiebat· cōtra
prophanas hostias impiorū·sacratissima a nobis elemosi
narum celebraretur oblacio· Quod quia incrementis ec
clesie fructuosissimū fuit·placuit esse ppetuum· Vnd hor
tamur sanctitatem vestrā vt per ecclesias regionū vestra
rum quarta feria de facultatibus vestris quantū suadet
possibilitas et voluntas·expensas misericordie cōferatis
vt possitis illam beatitudinē pmereri·in q̄ sine fine gaude
bit· qui intelligit super egenum et paupem· Ad quez in
telligendum dilectissimi sollicita benignitate vigilandū
est· vt quem modestia tegit et verecundia p̄pedit inueni
re possimus· Sunt enim qui palā poscere ea quibus indi
gent erubescunt· et malunt miseria tacite egestatis affli
gi q̄ publica peticione confūdi· Intelligendi ergo isti
sunt· et ab occulta necessitate reuelandi· vt hoc ipso [illegible]
plius gaudeant· cum et pauptati eorum consultū fuerit
et pudori·Recte ergo in egeno et paupe ipsius ihesu cri
sti domini nostri persona sentitur qui cum esset diues·sic
ait beatus apostolus·paup factus est·vt nos sua pauper
tate ditaret·Et ne deesse nobis sui presencia videret ita
humilitatis et glorie misterium tempauit vt quem regē
et dominum in maiestate patris adoramus· eundē in suis

pauperibus pasceremus· liberandi ob hoc in die mala a dãpnacione ꝑpetua· ⁊ p̄ itellecti paupis cura· regni cele stis cõsorcijs inserendi· Vt autẽ in omnib9 dilectissimi pla ceat vestra deuocio domino· eciã ad hanc vos hortamur industriam· vt manicheos vbicũqȝ latentes vestris patri bus publicetis· Magna est pietas prodere latebras im piorum· et ipsum in eis cui seruiunt diabolum debellare· Contra istos enim dilectissimi omnem quidem orbem ter rarum et totam vbiqȝ ecclesiam decet fidei arma arripe re· sed vestra in hoc opere deuocio debet excellere qui in progenitoribus vestris euangelium crucis cristi ab ipso beatissimorũ apostolorũ petri et pauli ore didicistis· Nõ sinantur latere homines qui legem per moysen datam in qua deus cõditor vniuersitatis ostendit· recipiendã esse nõ credũt· ꝓphetis et sancto spiritui cõtradicunt· psal mos dauiticos qui per vniuersam ecclesiam cũ omni pie tate cantant· dãpnabili impietate ausi sunt refutare· cri sti domini natiuitatem secũdum carnem negãt· passionẽ et resurrectionem eius simulatã dicunt fuisse non veram· baptismum regeneracionis tocius gracie virtute dispo liant· Nichil est apud eos sanctũ· nichil integrũ· nichil verum· Cauendi sunt ne cuiqȝ noceant· ꝓdendi sunt ne in aliqua ciuitatis nostre parte cõsistant· vobis dilectissimi ante tribunal dñi ꝓderit· qđ indicim9· quod rogamus· Dignũ est enim vt elemosinarũ sacrificio hui9 opis pal ma iungatur· auxiliante nobis p̄ omnia domino nostro ihesu cristo·

¶ De eodem sermo quintus·

Apostolice tradicionis dilectissimi istituta seruã tes· pastorali solicitudine cohortamur vt diem quem illi ab impiorum supsticione purgatũ mi sericordie operib9 consecrarũt· deuocione religiose con suetudinis celebremus· ostendẽtes apud nos auctorita tem patrũ viuere· eorũqȝ doctrinã in nr̃a obiã ꝑmanere·

tabernacula dei tot membra excellentissima corporis xpi·
Nec abest vt confido ab hoc cetu eciam beatissimi petri
apostoli· pia dignacio et fida dilectio· Neque vestram
deuocionem ille deseruit·cuius vos reuerencia cōgrega
uit· De vestro itaqȝ et ipse gaudet affectu· et in consor
tibus honoris sui obseruanciam dominice institucionis
amplectitur·probans ordinatissimam tocius ecclesie cari
tatem·que in petri sede petrum suscepit· Et a tanti amo
re pastoris· nec in persona tam imparis tepescit heredis
Vt ergo hec pietas dilectissimi quam erga humilitateȝ
meam·vnanimiter exhibetis·fructum sui studij consequa
tur·misericordissimam dei nostri clemenciaȝ supplices ob
secrate vt diebus nostris expugnet expugnantes nos·
muniat fidem nostram· multiplicet dilectionem·augeat
et pacem· meqȝ seruulum suum quem ad ostendendas di
uicias gracie sue·gubernaculis ecclesie voluit presidere
Sufficientem tanto operi et vtilem vestre edificacioni
dignetur efficere·et ad hoc tempora nostre seruitutis ex
tendere·vt proficiat deuocioni·quod fuerat largitꝰ eta
ti· Per ihesum cristum dominum nostrum cui est honor
cum patre et spiritu sancto eadem potestas vna diuinitas·per infinita secula seculorum·

De eodem sermo secundus·

Quociens nobis misericordia dei donorum suorum dies renouare dignatur·iusta dilectissimi
et racionalis causa letandi est· si officij origo
suscepti· ad laudem sui referat̄ auctoris· Hanc enim ob
seruanciam· omnibus quidem sacerdotibus congruam·
sed michi maxime necessariam esse cognosco· Quoniam
respiciens ad exiguitatis mee tenuitatem et ad suscepti
muneris magnitudinem·eciam ego propheticuȝ illud de
beo proclamare· Domine audiui auditum tuū et timui·
cōsideraui opera tua et expaui· Quid em̄ tā insolituȝ tā
pauēduȝ· q̄ labor fragili·sublimitas humili·digtas non

merenti· Et tamen non desperam9 neq3 deficimus· quia· nō de nobis sed de illo presumimus qui operat᷑ in nobis Vnde et dauiticum psalmum dilectissimi non ad nostrā elacionē sed ad cristi domini gloriam consona voce cantauimus· Ipse enim est de quo prophetice dictū est· Tu es sacerdos in eternum secūdum ordinē melchisedech· Hoc est· non secundum aaron cuius sacerdocium per ꝓpaginem sui seminis currens· temperalis ministerij fuit· et cum veteris testamēti lege cessauit· Secundum ordinem melchisedech in quo eterni pontificis forma precessit·et dum quibus parentibus sit editus non refertur·ille in eo intelligitur ostendi· cui9 generacio nō potest enarrari· Deniq3 cum huius diuini sacerdocij sacramentum eciam ad humanas peruenit functiones· non per generacionum tramitem curritur·nec quod caro et sanguis creauit eligitur· sed cessante priuilegio patrum ⁊ familiaꝝ ordine pretermisso·eos rectores ecclesia accipit quos spiritus sanctus preparauit· vt in populo adopcionis dei cuius vniuersitas sacerdotalis atq3 regalis est· non prerogatiua terrene originis obtineat vnctionem· sed dignacio celestis gracie gignat antistitem· Quanuis ergo dilectissimi ad explendam nostri officij seruitutem ⁊ infirmi inueniamur et segnes· dum si quid deuote ac strenue agere cupimus ipsius condicionis nostre fragilitate tardamur·habentes tamen incessabilem propiciacionem oīpotentis et perpetui sacerdotis· qui similis nostri· equalis patri· diuinitatem vsq3 ad humana submisit·humanitatem vsq3 ad diuina prouexit· digne et pie de ipsius cōstitucione gaudemus· Quoniam et si multis pastoribus curam suarum ouium delegauit ipse tamen dilecti gregis custodiam non reliquit· De cuius principali, eterno q3 presidio eciam apostolice opis munimen accepimus· quod vtiq3 ab opere suo nō vacat·et firmitas fundamēti cui toci9 ecclesie superstruit᷑ altitudo nulla incubentis

inquit tua fac elemosinam· et noli auertere faciem tuam ab vllo paupere· Ita fiet·vt nec a te auertatur facies dei· Hec virtus omnes facit vtiles esse virtutes· que ipsam quoque fidem ex qua iustus viuit et que sine opibus mortua nominatur sui commixtione viuificat· Quia sicut in fide est operum racio·ita in operibus fidei fortitudo· Dum ergo tempus habemus sicut ait apostolus operemur quod bonum est ad omnes·maxime ad domesticos fidei·bonum autem facientes non deficiamus·tempore enim suo metemus·presens itaque vita tempus est sacionis·et retribucionis tempus est messis·quando vnusquisque seminum fructum secundum sacionis sue percipiet quantitatem· De prouentu autem istius segetis nemo falletur quia animorum ibi magis quam impendiorum mensura trahitur· et tantum reddent exigua de exiguis quantum magna de magnis·et ideo dilectissimi satis fiat apostoli institutis· Et quia die illo est prima futura collectio·omnes vos deuocioni voluntarie preparate et vnusquisque secundum sufficienciam suam habeat in sacratissima oblacione consorcium·exorabunt pro vobis et ipse elemosine·et quos vestris muneribus iuuabuntur vt ad omne opus bonum idonei semper esse possitis· In cristo ihesu domino nostro qui viuit et regnat per infinita secula seculorum·

¶ Sermo primus de ieiunio·vndecimi mensis·

Si fideliter dilectissimi atque sapienter creatoris nostri intelligamus exordium· inueniemus hominem ideo ad ymaginem dei conditum vt imitator sui esset auctoris·et hanc esse naturalem nostri generis dignitatem si in nobis quasi in quodam speculo benignitatis forma resplendeat·ad quam quottidie nos vtique reparat gracia saluatoris dum quod cecidit in adam primo erigitur in secundo· Causa autem reparacionis nostre non est nisi misericordia dei quem non diligeremus nisi nos prior ipse diligeret et tenebras ignorancie nostre veritatis sue luce discuteret quod per sanctum ysaiam dominus prenuncians ait

Adducam cecos in viam quam ignorabant et semitas quas nesciebāt faciam illos calcare. faciā illis tenebras in lucem. et praua in directa. Hec verba faciā illis et nō relinquam eos. et iterum inuentus sum inquit non querē tib9 me. et palā apparui hijs qui me non interrogabant. Quod quomodo impletum sit. iohānes apostolus docet dicens. Scimus quoniam filius dei venit et dedit nobis sensum vt cognoscamus verū. et simus in vero filio eius. Et iterum. nos ergo diligam9 deū. quoniā ipse prior dilexit nos. Diligendo itaqꝫ nos deus ad imaginē suā reparat. et vt in nobis formam sue bonitatis inueniat. dat vnde ipsi quoqꝫ quod operat᷑ opemur. accendēs scilicet mēcium nostrarū lucernas et igne nos caritatis sue inflammans vt non solum ipsum sed eciā quicquid diligit diligamus. Nam si inter homines ea demum firma amicicia est. quam morum similitudo sociarit. cum tamē parilitas volūtatum sepe in reprobos tēdat affect9 quātum nobis optandū atqꝫ nitendū est. vt nullo ab hijs que deo sunt placita discrepem9. De quo dicit propheta. Quoniā ira in indignacione eius et vita in voluntate eius. quia non aliter i nobis erit dignitas diuine maiestatis. nisi imitacio fuerit volūtatis Dicēte itaqꝫ domino. diliges dominū deū tuū ex toto cord tuo et ex tota anima tua. et diliges proximum tuū sicut teipsum. suscipiat fidelis anima auctoris sui atqꝫ rectoris imarcessibilem caritatem totā qꝫ se eius subiciat voluntati in eiu9 operib9 atqꝫ iudicijs nichil vacat a veritate iusticie nichil a miseracōne clemēcie quoniā etsi magnis quis laboribus. et multis fatigetᷓ incōmodis. bona est illi causa tolerādi. qui se aduēsis vl̓ corrigi intelligit vel probari. Caritatis vero isti9 pietas pfecta esse non poterit. nisi diligatur eius pximus. quo nomine nō hij tantū intelligēdi sunt qui nobis amicicia aut ppinquitate iungūtur. sed omnes prorsus homines cum quibus nobis natura cōmunis est. siue illi hostes sint

siue socij · siue liberi siue serui · Vn9 enim nos conditor fin
xit vnus creator animauit · eodē cūcti celo et aere · hijsdē
vtimur dieb9 ac noctibus · Cūq3 alij sint boni alij mali · alij
iusti alij iniusti · de9 tamē omniu3 largitor · oībus est benig
nus sic licaonijs a paulo ⁊ barnaba apostolˀ dicit̄ de proui
dēcia dei · qui in p̄teritis generacioībus dimisit omnes gē
tes ingredi vias suas · ⁊ quidē nō sine testimonio semetip
su3 reliq̄t · bn̄faciēs eis d celo dās pluuiā ⁊ tpa fructifera
implens cibo et leticia corda nr̄a · Dedit aūt nobis maio
res diligēdi p̄ximi cās gracie xp̄iane latitudo q̄ se p om
nes ptes toci9 orbis extēdens nemiēm hominē desperat ·
dum docet neiem negligendū · Et merito eciā inimicos di
ligi et p psecutoribus sibi p̄cipit supplicari · qui ex oībus
quottidie gētib9 fractis oliue sue ramis germen inserēs
oleastri · de inimicis recōsiliatos d alieis adoptiuos · de im
pijs facit iustos vt oīe genu flectat̄ celestiū t̄restriū et in
fernoꝝ · et oīs lingua cōfiteatur · q2 domin9 ihesus xp̄c in
gloria est dei pr̄is · Cū ergo de9 bonos nos esse velit · q2 bo
n9 est · michil nob debet de ei9 iudicijs displicere · Nam nō
p omnia illi gracias agere · q̄d est aliud · q̄ʒ ex q̄da3 parte
eum rep̄hendere · Audet em̄ plerumq3 humana insipiēcia
aduersus creatorem suum non solum de inopia · sed eciam
de copia murmurare · vt et cum aliquid non suppetit que
rula · et cum quedam exuberēt sit ingrata · Multe messis
dominus horreorum suorum plenitudine fastidiuit et ad
copiam vindemie fluentis ingemuit · Nec de magnitudi
ne fructuum gratulatus · sed de vtilitate conquestus est ·
Si autem parcior fuerit in susceptis terre seminib9 et ca
stigacior e prouentu vites oleeq3 defluxerint · accusatur
ānus arguunt̄ elemēta ⁊ nec aeri pcit̄ neq3 celo cū fideles
et pios discipulos veritatis michil magis cōmendet ⁊ mu
niat q̄ʒ pseuerās in deū ⁊ indefessa laudacio · dicente aplo ·
Semp gaudete sine intmissione orate · in oroībus gr̄as a
gite · Hec em̄ voluntas dei ē in xp̄o ihesu in omnibus vobis

Huius aūt deuocionis queādmodū poterimus esse ptici pes nisi rerū varietas cōstanciaʒ mētis exerceat· vt amor directus in deū nec inter fecūda supbiat· nec inter aduer sa deficiat· Quod placet deo placeat ⁊ nobis· De omni mēsura munerū ipsi9 gaudeamus· Qui bene vsus magnis est· bene vtat̄ et modicis· Tā nobis copia q̄ pcitate con sulit̄· nec in spiritalib9 lucris āgustia grauabimur fructu um· si fecūditas nō arescat animoꝝ· Oriat̄ d̄ cordis agro quod terra nō dedit· semp illi quod largiat̄ occurrit cui bene velle nō deficit· Ad oīa igit̄ dilectissimi opa pietatis oīm nobis q̄litas pfit annoꝝ· nec beniuolenciā cristianaʒ difficultas tpalis impediat· Nouit domin9 vasa hospita lis vidue vacuata cōplere· nouit aquas in vina cōuertere Nouit de paucissimis panib9 milia esurienciū saturare po pulorū· et ille qui in suis pascitur· q̄ potuit augere dando potest multiplicare sumēdo· Tria vero sunt q̄ maxime ad religiosas ptinent actiones· oracio scʒ ieiuniū et elemo sina· quib9 exercēdis· oīne quidē tēp9 acceptū· sed illud est studiosius obseruādum· quod apostolicis accepimus tradicionib9 cōsecratum· sic nā dicim9 hic mēsis moram refert veteris instituti· vt tria illa de quib9 locut9 sum di ligencius exequamur· Oracione em̄ ppiciacio dei querit̄ Ieiunio cōcupiscēcia carnis extinguit̄· elemosinis pecca ta redimūtur simulq₃ p omnia dei in nobis ymago renoua tur· si et in laudē eius semp parati et ad purificacionē no stram sine cessacōe solliciti ⁊ ad sustētacioneʒ pximi inde sinent̄ simus intēti· Hec triplex obseruācia dilectissimi om niū virtutū ɔphēndit effect9· Hec ad ymaginē ⁊ similitu dinē dei puenit· qꝛ in oracioīb9 pmanet fides recta· in ieiu nio innocēs vita· i elemosinis mēs benigna· Quarta igit̄ ⁊ sexta feria ieiunem9 sabbato aūt apd̄ beatissimum petruʒ apostolū vigilias celebrem9 q̄ et oracōes et ieiunia et ele mosinas nostras p̄cibus suis dignabitur adiuuare· Per dominū nrm̄ q̄ cū patre et spiritu viuit et regnat p oīa·

De eodem sermo secundus.

Quod tēpis racio et deuocionis nostre āmonet cōsuetudo. pastorali vobis dilectissimi sollicitudine pdicamus. decimi mēsis celebrāduz esse ieiunium. Quo p cōsumata pceptione omniū fructuū. dignissimo largitori eorum deo cōtinencie libamen offertur. Quid eñ potest efficacius esse ieiunio. cui9 obseruancia appropinquam9 deo et resistentes diabolo vicia blanda supamus. Semp eñ virtuti cib9 ieiuniū fuit. De abstinēcia deniqȝ pdeunt caste cogitaciones. racionabiles volūtates. salubriora cōsilia. et p volūtarias affectiones caro cōcupiscencijs morit̄. virtutib9 spiritus innouatur. Sed q: non solo ieiunio aīarum nostraꝝ salus acquirit̄. ieiunium nostrū misericordijs paupum suppleam9. Impēdam9 virtuti quod subtrahim9 voluptati. fiat refectio paupis abstinēcia ieiunātis. Studeam9 viduaꝝ defēsioni. pupillorum vtilitati. lugēcium consolacioni. diffidēcium paci. Suscipiat̄ pegrin9. adiuuet̄ oppssus. vestiatur nud9. foueatur egrot9. Vt quicūqȝ nostrū de iustis laborib9 auctori bonorū omniū deo sacrificiū hui9 pietatis obtulerit ab eodē regni celestis pmiū pcipe mereat̄. Quarta igit̄ ⁊ sexta feria ieiunem9. sabbato aūt apud beatū petruz apostolū piter vigilemus. cui9 suffragātibus meritis q̄ poscim9 impetrare possim9. per cristum dominum nostrum.

Sermo tercius de eodem.

In dominico agro dilectissimi cui9 oparij sumus optet nos prudēter atqȝ vigilāter spiritalē exercere curā. vt pseuerāti industria q̄ legitimis tēporib9 sunt exequēda curātes. de sanctoꝝ opm fruge letemur. Que si pigro ocio ⁊ inerti desidia negligāt̄ terra nr̄a nichil generosi germis pariet. ⁊ spinis ac tribul' subdita nō pducet q̄ cōdēda sint horreis. sed q̄ vrēda sunt flāmis Ager aūt iste dilectissimi rorāte desup gr̄a dei fide munit̄ ieiunijs exercet̄. elemosinis serit̄. oroib9 fecūdat̄. vt inter

plantaciones rigacionesq̃ nostras nullus amaritudis ra dix pullulet nec se icremēta cuiusq̃ noxie stirpis attollāt· sed enecato omni semine viciorū· convalescat seges leta vir tutum· Ad quā diligēciam omni quidē nos tempe pieta tis adhortatē sed in hijs diebus qui huic opi sunt speciali9 prestituti maior animositas et cura est excitanda ferueci or· ne quod piuz est agere nō indictū impiū fit negligere predicatū· Decimi itaq̃ mēsis ieiuniū ad qđ caritatem ve stram religioso pposito nouimus pparataz vnanimiter auxiliante cristo celebrātes hortamur monētes· vt vnus quisq̃ secūdum mēsuram possibilitatis quā accepit a deo in bonis operibus enitescat· Quia et inimici nostri q̃ no stra sanctificacione torquenē· in hijs diebus quos ad ma iorem obseruāciam nobis dispositos esse nouerūt· vehe mēcius seuiūt ꝛ subtiliore insidiantur astucia vt alijs imit tēdo metuz inopie de largitatis expēsis· alijs iniciēdo tri sticiā de labore ieiunij· q̃ plurimos a cōsorcio hui9 deuoci onis abducāt· Contra quas dilectissimi tēptaciones vigi let in nobis pij cordis intēcio· et a cristianis mentibus co gitaciones diffidēcie repellanē· Modicuz est em̄ qđ pau peri satis est· nec victus illi9 nec vestit9 onerosus est· vile est quod esurit· vile qđ sitit· ꝛ nuditas que idiget operiri nō poscit ornari· Et tn̄ dominus noster tā pi9 opm nostro rū arbiter· tā benignus est estimator· vt eciā pro calice a que frigide fit pmium redditur9· Et quia iust9 inspector est animorū nō impendiū solum opis· sed eciā affectum est remuneratur9 operantis·

De eodem sermo quartus·

Confidenter vos dilectissimi ad opera pietatis hortamur· quia experimentis didicimus liben ter vos suscipere quod monemus· Scitis nāq̃ et de deo docente agnoscitis ad eternum vobis gaudi um profuturam· diuinorum obseruanciaz mandatorum· in quib9 exequēdis· qr hūana fragilitas plerūq̃ lassescit·

et in multis per lubricum sue infirmitatis offendit· miseri cors et pius dominus remedia nobis et adiutoria dedit p que veniã obtinere possim9· Nũis eñ tot illecebras mũ di· tot ĩsidias diaboli· tot dniq3 picula sue mutabilitatis euaderet· nisi clemẽcia regis eterni mallet nos reperare q̃ pdere· Nam et qui iã redẽpti· iam regeñrati· iam filij lucis effecti sunt· q̃diu tamẽ in hoc mũdo qui tot9 in ma ligno est posit9 detinẽtur· q̃diu ĩfirmitati carnis corrup tibilia blãdiuntur et tempalia· nõ possunt istos dies sine tẽptacione trãsire· Nec facile cuiq̃ puenit tam incruẽta victoria· vt inter multos hostes frequẽtesq3 cõflict9· eciã si sit liber a morte· sit quoq3 immunis a vulnere· Curandis igitur lesionibus quas sepe incidunt· qui cũ inuisibili hoste confligũt trium maxime remediorũ adhibenda est medi cina· In oracionis instancia· in castigacione ieiunij· in ele mosine largitate· Que cum pariter exercẽtur· de9 ppici atur· deletur culpa· temptator eliditur· Et hijs quidem presidijs semper fidelis anima debet accingi· sed tunc stu diosius preparari· cum hij assint dies qui proprie sunt ad hec beneficia pietatis prestituti· De quorũ ordine est de cimi hui9 mensis solẽpne ieiuniũ quod nõ ideo negligen dum est· quia de obseruãcia veteris legis assumptũ est tã q̃ hoc de illis sit q̃ inter discreciones ciboꝝ· inter baptis matum differẽcias· et auiũ pecudumq3 hostias esse desti tuerũt· Illa eñ que rerũ figuras gerebãt· ipletisq3 signi ficauere finita sunt· ieiunioꝝ vero vtilitatẽ noui testamẽ ti gracia nõ remouit· et cõtinenciam semp corpi atq3 ani me pfuturã pia obseruacione suscepit· Nãm sic permanet apud intelligenciã xpianam· dominũ deũ tuũ adorabis· et illi soli serues· et diliges deũ tuũ ex toto corde tuo et pximũ tuũ sicut teipsũ· et cetera talium mãdatorum· ita quod in eisdem libris de ieiuniorum sanctificacione et cu racione preceptum est nulla interpretacione vacuatur· In omni enim tempore· omniq3 vita istius seculi· ieiunia

nos contra peccata faciũt forciores· ieiunia concupiscen
cias vincũt· tẽptaciones repellunt· supbiam inclinant· et
iram mitigãt et omnes bone voluntatis affect9 ad maturi
tatẽ tocius virtutis enutriũt· si tamen in societatẽ sibi be
niuolenciã caritatis assumãt· et in operibus misericordie
se prudenter exerceãt· Jeiunium em̃ sine elemosina nõ tã
purgacio anime· q̃ carnis afflictio est· Magisq3 ad aua-
riciã q̃ ad contineciam referendũ est· quãdo aliquis sic a
cibo abstinet vt eciam a pietate abstineat· Nostra ergo
ieiunia dilectissimi habundent fructibus largitatis· et in
paupes cristi benignis sint fecũda muneribꝰ· Nec traden
tur in hoc opere mediocres quia parũ sit quod possunt de
sua facultate decipe· nouit domin9 omniũ vires et scit iu
stus inspector de qua mensura quisq3 quid tribuat· Dissi-
miles quidẽ substancie similes errogaciones habere non
possunt sed equaꝰ plerũq3 merito· quod distat impẽdio·
qr potest esse par animus· eciã vbi impar est census· Hec
itaq3 vt adiuuãte domino· pia deuocione curenꝰ quarta
et sexta feria ieiunem9 sabbato vero apud beatũ aposto
lum petruz vigilias celebrem9 cuius oracionibus adiuua
ti· in omnib9 dei misericordiã cõsequamur·

De eodem sermo quintus·

Vblimitas quidem dilectissimi gracie dei· hoc
quottidie operaꝰ in cordib9 cristianis vt omne
desideriũ nostrum a terrenis ad celestia transfe
ratur· Sed eciã pñs vita p creatoris opẽ ducitur vt per
ipsius prouidẽciam sustineꝰ· Quia idem largitor est tem
paliumq̃ pmissor est eternorũ· Sicut ergo p spe future
felicitatis ad quã p fidem currim9 gracias deo agere de
bem9· qd ad pceptcõe3 tãte pparacõis euehim̃· ita p hiis
quoq3 cõmodis q̃ singuloꝝ ãnoꝝ reuolucõe ↄseqm̃· de9 a
nob honorãd9 atq3 laudãd9 ẽ· Qui sic tẽre fecũditatẽ ab
inicio ddit· sic pariẽdoꝝ fructuũ leges iq̃busq3 gẽmib9 ac
semib9 ordinauit vt nũq̃ sua i stituta desereret· sed i reb9

conditis benigna conditoris ãministracio permaneret· Quicquid ergo ad vsus hominum segetes vinee oleeq3 peperint· totum hoc diuine bonitatis largitate pfluxit· que elemẽtorum qualitate variata· dubios agricolaꝝ labores clemẽter adiuuit vt vtilitatib9 nr̃is vẽti et ibres· frigora et est9 dies noctesq3 seruirent· Non em̃ sibi ad effectus opm suoꝝ racio humana sufficeret· nisi plãtacionibus et rigacionib9 solitis domin9 incremẽta pberet· vnde plenũ pietatis atq3 iusticie est vt de hijs q̃ nobis celestis pater misericordit̃ otulit· nos quoq3 alios adiuuem9· Sicut em̃ plurimi qui nullã in agris· nullã in vineis nullã habẽt in oleis portionẽ· quoꝝ inopie de ea quã dominus dedit copia consolẽdum est· vt et ipi nobiscũ deo p terre fecũditate benedicãt et gaudeãt possidẽtibus fuisse donata· q̃ eciã pauperib9 ac peregrinis fuerint facta cõmunia· Felix illud est horreũ· et omniũ fructuu3 multiplicacione dignissimũ· de quo egẽcium et debiliũ saturat̃ esuries· de quo releuat̃ necessitas peregrini· de quo desideriũ fouet̃ infirmi· Quos ideo sub diuersis molestijs iusticia dei laborare pmisit· vt et miseros p paciẽcia· et misericordes pro beniuolẽcia coronaret· Huic aũt opi dilectissimi cum oia oportuna sint tempa· hoc nũc p̃cipue aptũ est atq3 conueniens· In quo sancti patres nostri diuinitus inspirati decimi mẽsis sanxere ieiuniũ vt omniũ fructuũ collectõe conclusa racionabilr̃ deo abstinẽcia dicaret̃· et meminisset q̃sq3 ita vti habũdancia· vt circa se abstinẽcior ꝛ circa paupes esset effusior· Efficacissima em̃ pro peccatis est deprecatio in elemosinis atq3 ieiunijs atq3 velociter ad diuinas conscendit aures talibus oracio eleuata suffragijs· Quoniam sicut scriptu3 est anime sue benefacit vir misericors· et nichil vniuscuiusq3 tam propriu3 q̃ quod impendat in proximum· Pars enim corporalium facultatu3 que indigentibus ministratur in diuicias transit eternas· Et ille opes de hac largitate pariunt̃· que nullo vsu minui nulla

corrupcione poterunt violari. Beati nãq misericordes quoniam ipsorum miserebitur deus et illis ipse erit summa premij que est forma precepti. Inter hec autẽ dilectissimi opera pietatis que nos deo magis magisq cõmendant. dubiũ non est quod hostis noster nocendi cupidus et peritus acriorib9 invidie stimulis incitetur. vt quos apertis et cruentis psecucionibus impugnare nõ sinitur. sub falsa cristiani nominis pfessione corrũpat. habẽs hereticos huic nomini servientes. quos a catholica fide devios. sibiq subiectos militare in castris suis sub diversis erroribus fecit. Et sic decipiendis primis hominib9 ministeriũ sibi serpẽtis assumpsit. ita horũ lingua ad seducendos rectoruz animos veneno sue falsitatis armavit. Sed hijs insidijs dilectissimi pastorali sollicitudie inq̃tũ dominus auxiliat̃ occurrim9 et ne quid de sancto grege peat p̃cauentes. paternis vos denũciacionib9 ãmonem9. vt labia iniq̃ et linguã dolosam a quib9 ppheta animã suã liberari poscit declinetis. Nã sermo eorũ sic ait beat9 apostol9 serpit vt cãcer humiliter irrepũt. blande capiũt mollit̃ ligãt latẽter occidũt. Veniũt enim sicut salvator p̃dixit sub vestitu ovium. intus aũt sunt lupi rapaces. q2 non possent veras et simplices oves fallere nisi cristi nomine tegerent rabiẽ bestialẽ. In his aũt omnib9 operat̃. qui cuz sit vere illuminacionis iimic9 in lucis se ãgeluz trãsfigurat. Hui9 arte basilides. hui9 marcion callet ingenio. hoc duce agit̃ sabellius. hoc p̃cipitatur rectore fotin9. hui9 potestate famulat̃ arri9. hui9 spiritui servit eunomin9. Tota deniq bestiarũ taliũ cohors hoc p̃side ab ecc̃ie vnitate discessit hoc magistro a veritate discreuit sed cũ in cũctis pversitatibus multiformẽ teneat principatũ. arcẽ tñ sibi in manicheorũ struxit isania 7 latissimã i eis aulã in q̃ exultãcius se iactaret inveit. vbi nõ vni9 p̃uitatis speciẽ. sed oim siml' errorũ impietatũq mixturã gñaliter possideret. Quod enim in paganis pphanũ. qd in iudeis carnalib9.

cecum· quod in secretis magice artis illicitum quod de nique in omnibus heresibus sacrilegū atq blasphemum est· hoc in ipsos quasi in sentenciā quādam cū omniū sor dium concrecione cōfluxit· vnde vniuersas eorū impieta tes ac turpitudines enarrare plongum est· Superat enim verborum copiā·criminū multitudo· Ex quib9 ad iudicā dum pauca sufficiūt· vt de hijs que audieritis eciam illa que verecūde ptermittimus estimetis· De sacris tamē eo rum q apud illos taz obscena sunt q nephanda· quod in quisicioni nostre domin9 manifestare voluit non tacem9· ne quisq putet nos de hac re dubie fame et incertis opi nionibus credidisse· Residentibus itaq mecū episcopis atq presbiteris·et in eundem cōfessum cristianis viris et nobilib9 congregatis electos et electas eorum iussimus presentari· Qui cū de puersitate dogmatis sui·et d festi uitatum suarum cōsuetudine multa reserarent illud quo q scelus quod eloqui verecundū est prodiderunt· quod tāta diligēcia inuestigatū est·vt nichil min9 credūr· ni chil ob trectatoribus relinqueret ābiguum· Adherebāt em omnes persone p quas inphandū facin9 fuerat ppetra tū·puella scz vt multū decēnis et due mulieres que ipsam nutrierāt· Presto erat eciā adolescētul9 viciator puelle· et episcop9 ipsoꝝ detestādi criminis ordinator· Omniūq par fuit hoꝝ et vna ɔfessio· et patefactū est execratū qd vix aures nr̄e ferre potuerūt· De quo ne aperti9 loquen tes castos offendā9 audit9· gestoꝝ documēta sufficiūt· quib9 pleissime docet nullā i hac secta pudiciciā·nullā ho nestatē·nullā reperi penit9 castitatē·in q lex est mēdatiū· diabol9 religio·sacrificiū turpitudo Uos itaq hoies dilec tissimi p oia execbiles atq pestiferos quos aliaꝝ rgionū p turbacio nob intulit crebriores·ab amicicia vr̄a penitus abdicate· Vosq pcipue mulieres a taliū noticia et collo quijs abstinete· ne dum fabulosis enarracionibus incau tus delectatur auditus· in diaboli laqueos incidatis·

Quis sciens quod primuz virum mulieris ore seduxerit· perqz femineam credulitatē omnes homines a paradi=
si felicitate deiecerit· vestro quoqz nūc sexui securiore insi
diatur astucia · vt eas quas sibi potuerit per ministros
sue falsitatis allicere· et fide spoliet ꝛ pudore· Illud quo
qz vos dilectissimi obsecrās moneo· vt si cui vestrum inno
tuerit vbi habitēt vbi doceāt quos frequentēt et in quo
rum societate requiescant· nostre sollicitudini fideliter
indicetis· Quia parū vnicuiqz prodest quod protegēte
spiritu sancto ab istis ipse non capitur· si cum alios capi
intelligit non mouetur· Contra conmunes hostes pro sa
lute conmuni vna omniū debet esse vigilancia· ne de ali=
cuius mēbri vulnere eciā alia possint mēbra corrūpi· Et
qui tales non ꝓdendos putant· in iudicio cristi inuenian
tur rei de silencio eciaz si nō cōtaminent̄ assensu· Assumi
te itaqz religiose solicitudinis piū zeluz et contra seuissi
mos animarum hostes omniū fidelium cura consurgat·
Ideo enim misericors deus· quādam nobis partem ꝓdi
dit hominū noxiorum vt manifestato ꝑiculo excitaretur
diligencia cautionis· Non sufficiat quod actū est· sed ea=
dem inquisicio ꝑseueret· que hoc auxiliante domino con
sequetur vt non solū qui recti sunt incolumes perseuerēt
sed eciā multi qui diabolica seductione decepti sunt· ab
errore reuocentur Vestre autē oraciones atqz elemosine
et ieiunia misericordi deo ꝑ hanc ipam deuocionez sacra
cius offerentur· cum eciam hoc opus fidei ad omnia offi
cia pietatis accesserit· Quarta et sexta feria ieuneꝰ· sab
bato autē apud beatissimum apostolum petrum vigilias
celebremꝰ· Qui sicut experimur et credimꝰ ꝓ cōmenda
tis sibi a domino ouibus indefinēter pastorales ꝑtendit
excubias· exoraturus deꝑcacionibus suis vt ecclesia dei
que ipsius est ꝑ̄dicacionibus instituta ab omni errore sit
libera· Per cristum dominū nostrum·

¶ Sermo sextus de eodem·

Evangelicis sanxionibus dilectissimi multum vtilitatis prebet doctrina legalis·cum quedam de mandato veteri ad nouā obseruanciā trāsferūtur·et ex ipa ecclesiastica deuocōne mōstraт·qd dominus ihesus nō venit legem soluere sed adimplere·Cessantibus enim significacionibus quibus saluatoris nostri nūciabaт aduentus·et pactis figuris quas abstulit ipsa presencia veritatis·ea que ad regulam morum· vel ad simplicē dei cultum racio pietatis instituit·in eadez apud nos forma qua sunt cōdita pseuerāt·Et que vtriqз testamēto erāt congrua·nulla sunt cōmutacione variata·Et hijs autez eciam decimi mensis solēpne ieiunium·quod a nobis nūc est ānua cōsuetudine celebranduз·quia plenū est iusticie atqз pietatis gracias diuine agere largitati·p fructibus quos in vsus hominū secundum summe pvidētie temperamentū terra pduxit· Quod vt pmpto animo nos facere mōstremus·non solum cōtinenciam ieiunij·sed eciā elemosinaꝝ curā optet assumi· vt de terra quoqз cordis nostri·germen iusticie et fructus caritatis oriatur·et misericordiam dei paupum ipsius miserendo mereamur· Efficacissima est enim ad exorandum deū postulacio cui pietatis opa suffragātur·Quoniam qui suum ab inope non auertit animū·cito ad se domini cōuertit auditum· dicēte domino· Estote misericordes sicut pater vester misericors est·Dimittite et dimitteт vobis· Quid hac iusticia benignius·quid hac retribucione clemēcius· vbi sentēcia iudicaturi in potestate ponitur iudicādi·date inquit et dabiт vobis·ꝙ cito diffidēcie sollicitudo et auaricie ē āputata cūctacio· vt quod se redditurā pmittit veritas·secura expandit humanitas·constās esto cristiane largitor·da qd accipias sere quod metas·sparge quod colligis·Noli metuere dispēdiū noli ꝺ dubio suspirare puētu·Substācia tua cū bene erogaт augeт et cōcupiscere

iustum misericordie lucrum· eterni questus est sectari con mercium· Muneratoꝛ tuus vult te esse munificū· Et qui dat vt habeas· mandat vt tribuas dicens· date· et dabitꝛ vobis· Amplectenda est tibi ꝓmissionis istius gratulāda condicio· Quāuis enim non habeas nisi quod acceperis· non potes tamē non habere quod dederis· Qui ergo pe cunias amat et multiplicare opes suas inmodicis optat augmētis· hoc pocius sanctum fenus exerceat ⁊ hac vsu rarum arte ditescat vt non hominū laborancium captet necessitates ne per dolosa beneficia laqueos incidat inso lubilium debitoꝛum· sed illius sit creditoꝛ· illius feneratoꝛ· qui dicit date et dabitꝛ vobis· ⁊ qua mēsura mēsi fueritis· eadem remecietur vobis· Infidelis aūt et iniquus est eciā sibi· qui quod estimat diligendum· non vult habere perpe tuum· Quātalibet adiciat· quātalibet condat et congerat· inops de hoc mundo et egenus abscedat· dicente ꝓpheta dauid· Quoniā cum interierit non accipiet omnia neqꝫ descendet cum eo gloꝛia domus eius· qui si benignus es set anime sue· illi bona sua crederet· qui et ydoneus fide iussoꝛ est pauperum· et largissimus redditoꝛ vsurarū· Sed iniusta ⁊ ipudens auaricia· que beneficium se dicit presta re cum decipit· non credit deo veraciter ꝓmittenti ⁊ cre dit homini trepide paciscenti· dum qꝫ cercioꝛa estimat p̄ sencia q̄ꝫ futura· merito frequēter in hoc incurrit· vt ei cu piditas iniusti lucri nō iniusti causa sit dampni· Vnde q̄ libet sequatur euentus mala semꝑ est racio venerātis cui pecuniā minuisse et auxisse peccatū est vt aut miser sit a- mittendo quod dedit aut miserioꝛ accipiendo quod non dedit Fugienda proꝛsus est iniquitas fenoꝛis et lucrum quod et omni caret humanitate vitandum est Multipli catur quidem facultas iniustis et tristibus incrementis sed mentis substancia contabescit quoniam fenus pecunie funus est anime qnid enim de huiusmodi hominibus senciat dominus sacratissimus dauid propheta manifestat qui cū

diceret. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in mōte sancto tuo. responso diuine vocis instruitur. et eum ad eternā requiem ptinere cognoscit. qui inter alias pie cōuersacionis regulas pecuniā suā nō dedit ad vsurā. et tabernaculo dei ostenditur alien9. et a sancto monte eius extraneus. qui dolosum questū de pecunie sue captat vsuris. Et dum p aliena cupit dampna ditari. eterna dign9 est egestate puniri. Vos itaq3 dilectissimi qui ex toto corde pmissionib9 domini credidistis fugiētes immundissimā auaricie lepram. donis dei pie ⁊ sapienter vtimini. et quoniā de ipsius largitate gaudetis. date operam vt possitis gaudiorum vestroru3 habere cōsortes. Multis enim que vobis suppetunt desunt. ⁊ in quorundam indigēcia materia vobis data est diuine bonitatis imitande vt p vos eciā in alios beneficia diuina transirēt. et bene dispēsantes tempalia. acquirentes eterna. Quarta igitur ⁊ sexta feria ieiune9. sabbato autē ad beatissimum petrum apostolum vigilem9. cuius oracionib9 nobis p omnia obtineat̄ diuina ptectio. p cristum dominum nostrum

¶ Sermo septimus de eodem.

PResidia dilectissimi sanctificandis mentib9 nostris. atq3 corpibus diuinit9 instituta ideo cū dierum corpumq3 curriculis sine cessacione reparātur. vt infirmitatum nostra4 ipsa nos medicina cōmoueat. Natura quippe mutabilis et de pcti labe mortalis. licet eciam iam redēpta et sacro baptismate sit renata. inquātum est passibilis. intātum est ad deteriora pcliuis. corrumperetq3 carnali desiderio nisi spiritali muniretur auxilio. quia sicut nulli nūq̄ deest vñ corruat. ita semper presto est vnde subsistat. dicente apostolo. Fidelis enim deus. qui vos nō pacietur tēptari super id quod potestis sed faciet pventu3 vt possitis sustinere Quāuis ergo dominus ptegat bellaturos ⁊ milites suos ille qui

potens in prelio cohortetur et dicat· nolite timere qr vici
mundum· sciendum tamen est dilectissimi hoc incitamento
formidinē sublatā esse non pugnā· et retunso aculeo timo
ris causam manere certaminis· quod ab hoste versuto ter
ribiliter quidem furore psecucionis mouetur sed innocen
tibus specie pacis infertur· vbi enim in aperto sunt pugne·
in manifesto sunt et corone· Et hoc ipsum alit atqz accen
dit paciēcie fortitudinē· quod sicut proxima est tribulacio·
ita est et vicina pmissio· Cessantib9 vero publicis impug=
nacionibus impiorum et a cedibus ac supplicijs fidelium
diabolo continēte ne pertinacia crudelitatum multiplica
tio nostrorum fieret triūphorum· fremit aduersarius et cru
entas inimicicias ad quietas vertit insidias vt quos vin
cere fame et gelu flāmis ferroqz non poterat ocio tabefa=
ceret· cupiditatibus irretiret· ambicione inflaret· volup
tate corrumperet· Sed hijs atqz alijs omnibus destruen
dis habet acies cristiana potētes municiones et arma vic
tricia deo scilicet instruēte milites suos vt spiritu verita
tis māsuetudo irā· largitas auariciā· benignitas extinguat
inuidiā· Commutāte enim dextra excelsi corda multorum
redijt in nouitatē vetustas· et de famulis iniquitatis mini
stri pdiere iusticie· subiecit luxuriā cōtinēcia· humilitas
arroganciam ppulsauit· Et q in pudicicia sorduerāt casti
tate nituerunt· Hijs aūt cōuersionibus dilectissimi proui
dente gracia dei addita sunt sancta ieiunia que in quib9
dam diebus ab vniuersa ecclesia deuocionem obseruancie
generalis exigerent· Quāuis enim pulchrum sit atqz lauda
bile vt singula queqz mēbra corporis cristi proprijs ornentur
officijs· excellēcioris tamē est actionis sacracioris qz virtu
tis cum in vnū propositum pie plebis corda cōcurrūt vt
ille cui sanctificacio nostra supplicium est non solum a parte
sed eciā a soliditate superetur· Cui nunc operi dilectissimi
decim9 mensis offertur· āmonens quodāmodo p qualita
te temporis sui ne quisqz frigore insoliditatis obtorpeat· sed

pocius caritatis spiritu concalescat· quoniam et per ipsa elementa mundi tamq̄ p publicas paginas significacionē diuine voluntatis accipim9· nec vnq̄ cessat supna erudicio· qn̄ eciaȝ de hijs que nobis famulant̄ imbuimur· Preter illam naqȝ apostolicā senteciam qua homines fructu pietatis carētes· vacuis arboribus cōparātur eciam illa ficus nobis cauēda est de sue infecūditatis exemplo quā dominus ihesus sicut euāgelium refert michil habentem quod esuriens sumeret· ppetua sterilitate dāpnauit vt intelligeremus quoniā qui esurientem non refouet egenū· ipsi denegat cibum qui quod pauperi est sibi dixit impensum· Et huius maledictionis arbores erunt quib9 a iudicante dicetur· Discedite a me maledicti in ignem eternū quem pparauit pater meus diabulo et angelis eius· Esuriui enim et non dedistis michi māducare sitiui et non dedistis michi bibere ꝛc̄· Que ideo singula recolunt̄ vt auertamus non futurū extra misericordiā qui vel partē opm fuerit executus· Anima autē neminē iuuās· erit arbor nō habens poma· cum tocius fructu pietatis inuenietur aliena· Decimi ergo mēsis ieiuniū quod hiemalis tempis est ad agriculturā nos misticā vocat· qua segetum et palmitum atqȝ arborum vites· quibus humana sustentat̄ infirmitas· spiritalibus studijs excolātur· vt dominic9 ager suis ditetur impēdijs· et quē nūq̄ expedit esse sine fructu de ppria fiat vbertate fecundior· Quod vtiqȝ intelligit sanctitas vestra ad tocius ecclesie profectum esse referendum· quorū in fide germē est· in spe meremētum· in caritate maturitas· Quia castigacio corporis· et instancia oracionis tunc verā obtinent puritatem· cū elemosinaꝝ sanctificacione nitescunt· dicente domino· date elemosinā ꝛ ecce omnia munda sunt vobis· Quarta igitur et sexta feria ieiunemus· sabbato autem apud beatissimū petrū apostolum vigilias celebremus ipso pstante et adiuuāte qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat p oīa secula·

¶De eodem sermo octauus.

Cum de aductu regni et de mundi fine ac tem
porum saluator suos discipulos istrueret. totā
qȝ ecclesiā suam in apostol' erudiret. cauete in
quit ne forte grauentur corda vestra in crapula et ebrie
tate et cogitacionibus secularibus. Quod vtiqȝ precep
tum dilectissimi ad nos specialius ptinere cognoscimus.
quibus denūciatus dies eciā si est occultus. non dubitat̄
esse vicinus. Ad cuius aduentum omnē hominē conuenit
pparari. ne quē aut ventri deditum. aut curis inueniat im
plicatū. Cotidiano em̄ dilectissimi expimento probat̄. po
tus sacietate aciem mentis obtundi. et ciborȝ nimietate
vigorem cordis hebetari. ita vt dilectacio edendi eciam
corpum contraria sit saluti. nisi racio tempancie obsistat
illecebre et quod futurum est oneri subtrahat voluntati.
Quāuis em̄ sine anima caro nichil desideret. et inde accipi
at sensus. Vnde sumit et motus. eiusdem tamē est anime
quedam subdite sibi negare substācie. et iteriori iudicio
ab incōuenietibus exteriora frenare. vt a corporeis cupi
ditatibus sepius libera. in aula mentis possit diuine vaca
re sapiencie vbi omni strepitu terrenarȝ silēte curarȝ.
in meditacionib9 sanctis ⁊ in delicijs letet̄ eternis. Quod
si in hac vita difficile est cōtinuari. potest tamen frequen
ter assumi. vt sepius ac diucius spiritalibus poci9 q̄ car
nalibus occupemur. et cum melioribus curis maiores impē
dimus moras. ad incorruptibiles diuicias eciā tempales
transeunt actiones. Huius obseruancie vtilitas dilectissi
mi i ecclesiasticis precipue est cōstituta ieiunijs que ex doc
trina sancti spiritus ita per tocius anni circulum distribu
ta sunt vt lex abstinencie omnibus sit ascripta tēporib9.
siquidem ieiunium vernum in quadragesima. estiuum in pē
tecoste. autumpnale in mēse septimo. hiemale autē in hoc
qui est decimus celebramus. intelligentes diuinis nichil
vacuum esse preceptis et verbo dei ad erudicionē vestrā

omnia elementa seruire· dum per ipsius mundi cardines
quasi per quatuor euangelia incessabiliter didicimus qđ
et p̄dicemus et agam9· Dicēte enim propheta· celi enar
rant gloriam dei et opa manuū eius ānunciat firmamen
tum· dies diei eructat verbum et nox nocti indicat scien
ciā· Non sunt loquele neqȝ sermones· quorū nō audiantur
voces eorum· In omnē terrā exiuit son9 eorū· et in fines
orbis terre verba eorum· In sole posuit tabernaculum su
um· ꝛc̄· Quid est per quod vobis veritas non loquit̄· Ipsi9
voces in die· ipsius audiuntur in nocte· Et pulchritudo re
rum vnius diei opificio conditarum nō desinit cordis au
ribus magistram insinuare racionem· vt inuisibilia dei p
ea que facta sunt· intellecta cōspiciantur et nō creaturis
sed creatori omniuȝ seruiatur· Cum ergo vniuersa vicia
per continēciam destruātur· et quicquid auaricia sitit q̄t
quid superbia ambit· quicquid luxuria cōcupiscit· huius
virtutis soliditate superetur· quis non intelligit q̄ tuȝ no
bis per ieiunia conferatur· in quibus indicitur vt non so
lum a cibis· sed eciaȝ a carnalib9 desiderijs temperetur·
Alioquin superfluum est suscipe esuriem· et iniquam non
deponere voluntatem· reciso affligi cibo· et a cōcepto nō
silere peccato· Carnale est non spiritale ieiuniuȝ· Vbi so
li corpori non parcitur· et i hijs que omnib9 delicijs nocē
ciora sunt permanetur· Quid ꝓdest anime foris agere q̄
si dominā et intus seruire captiuam· menbris proprijs im
perare· et ius ꝓprium amittere· Et merito plerūqȝ patit̄
famulam rebellantem que non reddit domino debitā ser
uitutē· Ieiunās ergo corpe ab escis· mēs ieiunet a vicijs·
et curas cupiditatesqȝ terrenas regis sui lege diiudicȝ·
meminerit primā dilectionē deo· secūdam debere ꝓximo
omnesqȝ affectus suos hac regula dirigēdos vt nec a cul
tu recedat domini nec ab vtilitate conserui Quomodo
autem deus colitur nisi quod ipsi placet placeat et nobis
nec ab ei9 eciā iperio noster vnquā resultet affect9· Nā

si hic quod ille vult volumus ab illa sumet infirmitas no
stra virtutem· a quo ipsam accepimus volūtatem· Deus
est em̄ sicut ait apostolus qui operat̄ in nobis et velle et
pficere·p bonam voluntatē· Nec supbia itaq3 homo inflā
mabitur·nec desperacione franget̄ si bonis diuinitus da
tis in gloriā dātis vtatur et ab hijs desideria sua reuocet
que sibi nocitura cognoscit· Abstinens em̄ ab inuidie ma
lignitate· a luxurie disolucione·a pturbacione iracūdie·
a cupiditate vindicte·purificabit̄ veri sanctificacōne ieiu
nij et incorruptibilium deliciaru3 voluptate pascetur· vt
per vsum spiritalem eciā terrenas copias in celestē noue
rit transferre substanciā·non sibi condendo que accepit·
sed magis magisq3 multiplicādo quod dederit· vnde pa
terne caritatis affectu dilectionem vestrā monemus vt ie
iunium decimi mēsis fructuosum vobis elemosinar3 largi
tate faciatis·gaudētes quod p vos domin9 paupes suos
pascit et vestit·quibus vtiq3 posset eas quas vobis contu
lit tribuere facultates·nisi p ineffabili misericordia sua ⁊
illos iustificaret de paciēcia laboris et vos de ope carita
tis· Quarta igitur et sexta feria ieiunemus · sabbato aūt
apud beatissimum petrū vigilias celebrem9 qui et oracio
nes et ieiunia et elemosinas nostras p̄cibus suis dignabi
tur adiuuare p̄stante domino nostro ihesu cristo q̄ cū pa
tre et spiritu sancto viuit et regnat per·

De natiuitate domini sermo primus·

Saluator noster dilectissimi hodie natus ē gau
deam9·neq3 em̄ locū fas ē ibi esse tristicie vbi na
tal' ēst vite que ɔsumpto timore mortalitatis·
ingerit nobis de pmissa eternitate leticiā· Nemo ab hui9
alacritatis pticipacione secernit̄· vna cunctis leticie con
munis est racio quia dominus noster peccati mortisq3 de
structor·sicut nullum a reatu liberum repperit·ita liberan
dis omnibus venit· Exultet sanctus·quia propinquat ad
palmā·gaudeat peccator quia inuitat̄ ad veniā3· animet̄

gentilis quia vocatur ad vitam·dei nāq₃ filius secundum plenitudinem temporis quā diuini consilij inscrutabilis al titudo disposuit·recōsiliandā auctori suo naturā generis assumpsit humani vt inuētor mortis diabol9 p ipsa₃ quā vicerat·vinceret· in quo cōflictu p nobis inito magno ⁊ mirabili equitatis iure certatum est·dū omnipotens do minus cum seuissimo hoste·nō in sua maiestate· sed in no stra cōgreditur humilitate·obiciens ei eandē formā ean demq₃ naturam mortalitatis quidem nostre pticipē· sed peccati tocius exptem·Alienū quippe ab hac natiuitate est·quod de omnib9 legitur· nemo mund9 a sorde nec in fans cui9 vni9 diei vita est super terrā·nichil ergo in istā singulare₃ natiuitatē de carnis cōcupiscencia transiuit· nichil de peti lege manauit·virgo regia dauitice stirpis eligitur·que sacro grauidāda fetu· diuinā humanāq₃ p lem prius cōciperet mēte q̄ corpe· Et ne supni ignara cō silij ad insitatos paueret affat9 qđ i eo operādū erat a spi ritu sancto·colloquio discit āgelico· Nec dampnum cre dit pudoris· dei genitrix mox futura · Cur enim de con cepcionis nouitate desperet cui efficiēcia de altissimi vir tute promittitur·cōfirmatur credentis fides·ecia₃ preeū tis attestacione miracli·donat elizabet inopinata fecun ditas·vt qui cōceptum dederat sterili·daturus nō dubi taretur et virgini · Verbum igitur dei deus filius est· qui in principio erat apud deū per quē facta sunt omnia· et sine quo factum est nichil·quod factum est in ipso vita erat· et vita erat lux hominum et lux in tenebris lucet·⁊ tenebre eam nō cōphenderunt·Fuit homo missus a deo cui nomē ⁊c̄· Propt liberādū ab eternā morte hominem fact9 ē homo ita se ad suscepcionē humilitatis nr̄e sine di minucione sue maiestatis inclinās· vt manēs quod erat· assumens quod non erat·veram serui formā ei forme in q̄ deo patri est equalis vniret et tāto federe natura₃ vtrā q₃ consereret· vt nec inferiorem cōsumeret glorificacio·

nec superiorem minueret assumpcio. Salua igitur proprietate vtriusque substancie et in vnam coeunte personam suscipitur a maiestate humilitas a virtute infirmitas ab eternitate mortalitas et ad rependendum condicionis nostre debitum natura inuiolabilis nature est vnita passibili. Deus que verus et homo verus in vnitatem domini tempatur. vt quod nostris remedijs congruebat vnus atque idem dei hominumque mediator et mori posset ex vno. et resurgere posset ex altero. Merito igitur virginee integritati nichil corrupcionis intulit partus salutis. quia custodia fuit pudoris edicio veritatis. Talis ergo dilectissimi natiuitas decuit dei virtutem. et dei sapienciam cristum. qua nobis et humanitate congrueret et diuinitate precelleret. Nisi enim esset deus verus non afferret remedium. nisi esset homo verus non preberet exemplum. Ab exultantibus ergo angelis nascente domino gloria in excelsis deo canitur. et pax in terra bonis hominibus nunciatur. Vident enim celestem iherusalem. ex omnibus mundi gentibus fabricari. De quo inenatrabili diuine pietatis ope quantum letari debeat humilitas hominum. cum tantum gaudeat sublimitas angelorum. Agamus ergo dilectissimi gracias deo patri per filium eius in spiritu sancto. qui propter multam caritatem suam qua dilexit nos misertus est nostri. et cum essemus eciam mortui peccatis conuiuificauit nos cristo vt essemus in ipso noua creatura nouumque figmentum. Deponamus ergo veterem hominem cum actibus suis. et adepti participacionem generacionis cristi carnis renunciemus operibus. Agnosce o cristiane dignitatem tuam et diuine consors factus nature. noli in veterem vilitatem degeneri conuersacione recidere. memento cuius capitis et cuius sis corporis membrum reminiscere quia erutus de potestate tenebrarum. translatus es in dei lumen et regnum. per baptismatis sacramentum spiritus sancti factus es templum. Noli tantum habitatorem prauis de te actibus effugare. et diaboli

te iterum subicere seruituti· quia precium tuum sanguis est cristi qui in veritate te iudicabit qui misericorditer te redemit· Qui cum patre et spiritu sancto viuit·

De eodem sermo secundus·

Exultemus in domino dilectissimi et spiritali iocunditate letemur quia illuxit dies redempcionis noue reparacionis antique· felicitatis eterne· reparatur enim nobis salutis nostre ānua reuolucōne sacramentuȝ ab inicio promissum in fine redditū sine fine mansurum in quo dignum est nos sursum erectis cordib9 diuinum adorare misterium· vt quod magno dei munere agitur magnis ecclesie gaudijs celebretur· de9 enim ōmipotens et clemens cuius natura bonitas· cuius voluntas potencia· cui9 opus misericordia est· statim vt nos diabolica malignitas veneno sue mortificauit inuidie· predestinata renouandis mortalibus pietatis sue remedia· inter ipsa mundi primordia presignauit· denuncians serpenti futurum semen mulieris quod noxij capitis elacioneȝ sua virtute contereret· cristum scilicet in carne venturuȝ· deū hominemqȝ significans qui natus ex virgine violatoreȝ humane propaginis incorrupta natiuitate dampnaret· Nam quia gloriabatur diabolus hominem sua fraude deceptum diuinis caruisse muneribus· et inmortalitatis dote nudatum duram mortis subisse sentenciam· seqȝ in malis suis quoddam de preuaricatoris consorcio inuenisse solaciū· deū quoqȝ iuste seueritatis exigēte racione erga hominē quē in tāto honore cōdiderat ātiquā mutasse sentēciā· op9 fuit secreti dispēsacione cōsilij· vt icōmutabil' de9 cui9 volūtas nō potest sua benigītate p̄uari· p̄mā pietatis sue disposicionē sacramēto occulciore ōpleret vt homo diabolice iniquitatis versucia act9 i culpa ōtra dei ꝓpositū nō piret· Aduenietib9 ergo tpib9 dilctissimi q̄ redēpcioni hominū fuerāt p̄stituta ingredit' hec infima domin9 noster ihūs xp̄c d' celesti sede transcēdens· ꝛ a patria gloria

non recedens nouo ordine noua natiuitate generatus. Nouo ordine quia inuisibilis in suis. visibilis factus est in nostris. incōprehensibilis voluit cōphendi. ante tempa manens esse cepit ex tempore vniuersitatis dominus. seruilem formam obumbrata maiestatis sue dignitate suscepit. impassibilis deus non dedignatus mortis legib9 subiacere. Noua autē natiuitate genitus est. quia concept9 a virgine natus ex virgine sine paterne carnis cōcupiscēcia. sine materne integritatis iniuria quia futuruz omniū saluatorē talis ortus decebat. qui ⁊ in se haberet humane substancie naturam et humane carnis inquinamēta nesciret. Auctor enim in carne nascenti de9 est. testāte archangelo ad beatam mariam quia spirit9 sanct9 superueniet in te et virt9 altissimi obumbrabit tibi. Ideoqʒ quod nascetur ex te sanctum. filius dei vocabitur. Origo dissimilis sed natura consimilis humano vsu et consuetudine qđ credimus caret. sed diuina potestate subnixuz est. quod virgo concepit virgo peperit. virgo permāsit. Non hic cogitetur parientis condicio. sed nascentis arbitriū que sic homo natus est. vt volebat ⁊ poterat. Si veritatē queris humane nature cognosce materiam. si racionem scrutaris originis. virtutem confitere diuinaz. venit enim dominus ihesus cristus contagia nostra auferre non perpeti nec succumbere vicijs sed mederi. venit vt omnē languorem corrupcionis et vniuersa vulnera sordenciū curaret animarum propter quod oportuit vt nouo nasceretur ordine qui nouam impollute sinceritatis graciam humanis corporib9 inferebat. Oportuit enim vt primā genitricis integritatem nascentis incorrupcio custodiret vt cōplacitum sibi claustrum pudoris et sanctitatis hospiciuz. diuini spirit9 virt9 īfusa seruaret. q̄ statuerat deiecta erigere. cōfracta solidare ⁊ supādis carnis illecebris multiplicatā pudicicie donare ꝟtutē vt ꝟginitas q̄ in alijs nō poterat salua esse generando fiēt in alijs imitabilis renascēdo.

Hoc ipsum autē dilectissimi quod cristus nasci elegit ex virgine nōne apparet altissime fuisse racionis· vt scilicet humano generi natam salutē diabolus ignoraret· et spiritali latente conceptu· quem non alium videret q̄ alios non aliter crederet natum esse q̄ ceteros· Cuius eciam similem cum vniuersis aduertit naturam parem habere arbitratus est cum omnibus causam· Nec intellexit a transgressionis vinculis liberum quem ab infirmitate mortalitatis non inuenit alienum· Verax namq̧ dei cum ad reparandum humanum genus ineffabiliter ei multa suppeterent· hanc potissimum consulendi viam elegit qua ad destruendum opus diaboli non virtute vteretur potencie sed racione iusticie· nam superbia hostis ātiqui non inmerito sibi in omnes homines ius tirannicū vendicabat nec indebito dominatu premebat quos a mandato dei sponttaneos in obsequium sue voluntatis allexerat· Non itaq̧ iuste admitteret originalem dediticiȷ̄ seruitutem· nisi de eo quod subegerat vinceretur· qd̄ vt fieret ꝛ sine virili semine editus est cristus ex virgine· quam nō human⁹ coitus sed spiritus sanct⁹ fecūdauit· Et cum in omnibus matribus concepcio non fiat sine peccati sorde· hec inde purgacionem traxit· vnde cōcepit· quo enim paterni seminis transfusio non peruenit· peccati se illic origo non miscuit· Inuiolata virginitas concupiscenciam nesciuit substanciam ministrauit· Assumpta est de matre hominis natura non culpa· creata est formā serui sine condicione seruili· quia nouus sic contemperatus est veteri vt et veritatē suscperet generis· et vicium excluderet vetustatis· Cū igitᷣ misericors omnipotensq̧ saluator ita suscepcionis humane moderaretur exordia vt virtutem inseparabilis a suo homie deitatis p velamē nr̄e infirmitatis abscōderet· illusa est securi hostis astucia q̄ natiuitatē pueri i salutem hūani genēis peccati nō aliť sibi q̄ omniū nascēciū putauit obnoxiā· vidit em̄ vagiētē atq̧ lacrimātē vidit pānis iuolutū

circumcisioni subditus· et legalis sacrificij oblacione per functum· agnouit deinceps solita puericie incrementa et vsq3 i viriles ānos ꝺ naturalib9 nō dubitauit augm̄tis· Inter hec intulit contumelias· multiplicauit iniurias· ad hibuit maledicta obprobria blasphemias· cōuicia· omnē postremo in ipsum vim sui furoris effudit· omnia tempta mentorum genera percurrit· et sciens quo humanā natu ram infecisset veneno nequaꝙ̄ credidit prime trāsgressio nis exortem quem tot documentis didicit esse mortalez· Prestitit ergo improbus predo et auarus exactor in eū qui nichil ipsius habebat insurgere· Et dū viciate origi nis preiudicium generale persequitur cyrographuz quo tenebatur excidit· ab illo iniquitatis exigēs penā in quo nullam repperit culpaz· Soluitur itaq3 letifere pactionis male suasa conscripcio· ⁊ p̄ iiusticiā plus petendi tocius de biti summa vacuatur· Fortis ille nectitur vinculis suis· et omne commentum maligni in caput ipsius retorquetur· Ligato mundi principe captiuitatis vasa rapiunt̄· redit in honorem suum ab antiquis cōtagijs purgata natura· mors morte destruitur· natiuitas natiuitate reparatur· quoniam simul et redempcio aufert seruitutez et regene racio mutat originem· et fides iustificat peccatorē· Quis quis cristiano nomine pie ⁊ fideliter gloriaris· reconsilia cionis huius graciam iusto perpende iudicio· Tibi enim quondam abiecto· tibi extruso a paradisi sedibus· tibi per exilia longa morienti· tibi in cinerem et puluerē disso luto· cui iam spes nulla viuendi· per incarnacionem verbi potestas data est vt de longinquo ad tuū reuertaris auc torem· recognoscas parentem liber efficiaris ex seruo· de extraneo prouebaris in filiū vt qui ex corruptibili carne nat9 es ex dei spiritu renascaris· et obtineas per graciaz qꝺ nō habebas p̄ naturā· ac si te dei filiū p̄ spiritū adopcio nis agnoueris deū patrē audeas nūcupare· male ꝯsciēcie absolutus reatu ad celestia reḡ suspires· voluntatem dei

facias diuino fultus auxilio· imiteris angelos super ter
ram immortalis substancie virtute pascaris· securus ad
uers9 inimicas tēptaciones propria libertate cōfligas·
et si celestis milicie sacramenta seruaueris non dubites
te in castris triumphalibus regis eterni pro uictoria coro
nandum cū te resurrectio pijs parata susceperit in regni
celestis consorcium prouehendum· Habentes ergo tan
te spei fiduciam dilectissimi in fide qua fundati estis stabi
les permanete: ne idem ille temptator cuius iam a vobis
dominacionē cristus exclusit aliquibus vos iterum sedu
cat insidijs et hec ipsa presentis diei gaudia fallacie sue
arte corrumpat illudēs simplicioribus animis de quorūdā
persuasione pestifera quibus hic dies solēpnitatis nostre
non tam de natiuitate cristi q̄ de noui vt dicunt solis or
tu honorabilis videatur· Quorum corda vastis tenebris
obuoluta et ab omni incremēto vere lucis aliena sunt tra
huntur enī adhuc stultissimis gentilitatis erroribus· Et
quia super id quod carnali intuent̄ aspectu nequeūt aciē
mentis erigere· et ministra mūdi luminaria diuino hono
re venerant̄· Absit ab animis cristianis ipia supsticio pdi
giosumq3 mendaciū· Vltra omnē modum distāt a sempi
terno temporalia ab incorporeo corporea a dominatore
subiecta· quia et si mirandā habeāt pulchritudinē adorā
dam tamē non habent deitatem· Illa ergo virt9· illa sa
piencia illa est colenda maiestas que vniuersitatē mundi
creauit ex nichilo et in quas voluit formas atq3 mensuras
terrenam celestemq3 substanciam omnipotēti racione p
duxit· sol luna et sidera sint cōmoda vtentib9 sint specio
sa cernentibus· sed ita vt de illis gracie referātur aucto
ri et adoretur deus qui condidit nō creatura que seruit·
Laudate igitur dominum dilectissimi in omnib9 operib9
eius atq3 iudicijs· Sit in vobis idubitata credulitas vir
ginee integritatis et part9 reformacionis humane sacrū
diuinūq3 misteriū· sancto atq3 sincero honorate seruicio·

amplectimini cristum in vestra carne nascentem vt eundē deū glorie videre mereamini in sua maiestate regnātem qui cū patre ⁊ spū sancto maēt in vnitate ditatis in sc·se·

¶ De eodem sermo tercius·

Nota quidem vobis sunt dilectissimi et frequenter audita· que ad sacramentuꝫ pertinēt solēpnitatis hodierne sed sicut illesis oculis voluptatem affert lux ista visibilis · ita cordibus sanis eternum dat gaudium natiuitas saluatoris que a nobis nunꝙ̄ est reticenda· Non enim ad illud tantumodo sacramentum quo filius dei consempiternus est patri sed eciā ad hunc ortum quo verbum caro factum est· credimus pertinere quod dictum est·generacionē ei9 q̄s enarrabit· De9 itaqꝫ dei filius par atqꝫ eadem de patre ⁊ cum patre natura vniuersitatis creator et dominus totus vbiqꝫ presens et vniuersa excedens in ordine temporum que ipsius disposicione decurrunt·hunc sibi diem quo in salutem mundi ex beata maria nasceretur elegit integro per omnia pudore generantis·cuius virginitas sic nō est violata partu vt non fuerat temerata conceptu vt impleretur sic ait euangelista quod dictuꝫ est a domino per ysaiam prophetaꝫ· ecce virgo concipiet in vtero et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel quod interpretatur nobiscum deus· Hic enim mirabilis sacre virginis partus· vere diuinam·vere humanam·vna edidit prole naturam· quia ita proprietates suas tenuit vtraqꝫ substācia vt personarū in eis posset esse discrecio· nec sic creatura in societatem sui creatoris assumpta est vt illa habitator ⁊ illa esset habitaculum sed ita vt nature alteri altera misceretur· Et quamuis alia sit que suscipitur·alia vero que suscipit·in tātam tamen vnitatē conuenit vtriusque diuersitas vt vn9 idemqꝫ sit fili9 q̄ se ⁊ secūdū qđ est ver9 homo patre dicit minorē ⁊ secūdū qđ est ver9 de9 patri ꝑfitet̄ eq̄lē· Hac eṁ

vnitatem dilectissimi qua creatura creatori conseritur· intelligencie oculis cernere cecitas arriana non potuit· que vnigenitum dei eiusdem cū patre glorie atq; substā cie esse non credens minorem dixit filij deitatem de hijs que ad formam sunt referenda seruilem quam idem filius dei vt ostendat in se non discrete neq; alterius esse perso ne sic cum eadem dicit· Ego et pater vnū sumus· In for ma enim serui quaz nostre reparacionis causa in seculoꝝ fine suscepit minor est patre in forma autē dei in qua erat ante secula equalis est patri· in humilitate humana fact9 ex muliere· factus sub lege· in maiestate diuina manēs dei verbum· per quod facta sunt omnia· Proinde qui in for ma dei fecit hominem· in forma serui factus est homo· sed vtrumq; deus de potencia suscipientis· vtrumq; homo d humilitate suscepti· Tenet em̄ sine defectu proprietatez suam vtraq; natura· et sicut formam serui forma dei non adimit· ita formam dei serui forma nō minuit· Sacramē tum itaq; vnite cum infirmitate virtutis propter eandē hominis naturam minorem patre dici filiū sinit· Deitas autem que vna est in trinitate patris ⁊ filij ⁊ spiritus sanc ti omnem opinionē inequalitatis excludet· nichil ibi ha bet eternitas temporale· nichil natura dissimile vna illic voluntas· eadem substancia par potestas· et non tres dij sed vnus est de9 quia vera et inseperabilis est vnitas· vbi nulla potest esse diuersitas· In integra igitur veri homi nis perfectaq; natura verus natus est deus· totus in suis totus in nostris· Nostra autem dicimus· que nobis ab in icio creator condidit· et que reparanda suscepit· Nam illa que deceptor inuexit· et homo deceptus admisit nul lū habuerūt i saluatore vestigiū· nec q2 cōmunionē huma narū subijt īfirmitatū ido nostroꝝ fuit pticeps delictoꝝ· Assumpsit formā serui sine sord peccati· hūana prouehēs diuina non minuens· Exinanicio em̄ illa q̄ se inuisibilis vi sibilem prebuit· inclinacio fuit miseracionis nō defectio

fuit potestatis. Vt ergo ad eternam beatitudinem ori
ginalibus vinculis et a mundanis reuocemur erroribus
ipe ad nos descēdit ad quem nos nō poterimꝰ ascēdere
quia et si multis inerat amor veri. in certarum tamen opi
nionum varietas fallenciū demonū decipiebatur astu
cia. et falsi nominis sciencia in diuersas compugnantesqꝫ
sentencias humana ignorancia trahebatur. Ad auferen
dum autem hoc ludibrium quo captiue mentes superbiē
ti diabolo seruiebāt. nō sufficiebat doctrina legalis. nec
per solas cohortaciones propheticas poterat natura no
stra reperari sed adijcienda erat veritas redempcionis
mortalibus institutis. ⁊ corruptam ab inicio originē no
uis renasci oportebat exordijs. offerenda erat pro recon
filiādis hostia que et nostri generis socia et nostre contā
minacionis esset aliena vt ꝑ hoc propositū dei quo pecca
tum mūdi in ihesu cristi placuit natiuitate ac passione de
lere ad omnium generacionū secula pertineret ne turba
rent nos. sed pocius confirmarent misteria pro temporū
racione variata cum fides qua viuimꝰ nulla fuerit etate
diuersa. Cessent igitur illorū querele. qui impio murmu
re diuinis dispensacionibus obloquētes de dominice na
tiuitatis tarditate causant. tanꝗ preteritis temporibꝰ
non sit impensum. quod in vltima mundi etate sit gestum.
Verbi incarnacio hoc contulit faciēda. quod facta. et sa
cramentum salutis humane in nulla vnꝗ antiquitate ces
sauit. quod predicauerunt apostoli hoc annunciauerunt
prophete nec sero est impletum quod semper est creditū
sapiencia vero ⁊ benignitas dei hac salutiffera operis mo
ra capaciores nos sue vocacionis effecit. vt quod multis sig
nis multis vocibus multisqꝫ misterijs per tot fuerat secula
nunciatum in hijs diebus euangelij non esset ambiguum
et natiuitas q̄ oīa miracl'a omnemqꝫ itelligēcie erat exces
sura mensurā. tāto cōstāciorē gignēt in nobꝫ fidē q̄nto p̄di
cacio eius et ātiquior p̄cessisset ⁊ crebrior. Nō itaqꝫ nouo

consilio deus reb9 humanis nec sera miseratione osuluit· sed a constitucione mundi vnam eandemq͡ʒ omnib9 cau saʒ salutis i stituit· Gr̄a em̄ dei q̄ semp est vniuersitas iusti ficata sanctorū· aucta est nascēte xp̄o non cepta· Et hoc magnū pietatis sacramētū quo iā tot9 mūdus impletus est· tā potēs eciā in suis significacōb9 fuit vt nō min9 ad epti sunt qui in illd crediderē pmissuʒ· q̄ q̄ suscipere donatū· Vn̄ cū maifesta pietate dilectissimi tāte in nos diuicie bo nitatis effuse sint quibus ad eternitatem vocandis nō so lum exemplum precedēciuʒ vtilitas ministrauit sed eciā ipsa veritas visibilis ꝛ corpalis apparuit et ideo nō segni neq͡ʒ carnali leticia diem dominice natiuitatis celebrare debem9 qd̄ digne et intelligent̄ fiet a singulis· si memine rit quisq͡ʒ cui9 corporis membrum sit et cui capiti coapta tum· ne sacre edificacioni discors opago non hereat· Cō siderate dilectissimi et secundum illuminacionem spirit9 sancti prudenter aduertite· quis nos in se suscepit et quē suscepirimus in nobis· Quoniam sicut factus est domin9 caro nostra nascendo· ita et nos facti sumus ipsius rena scendo· ideo et membra cristi et templum sumus spiritus dei· et ob hoc beatus apostolus dicit· Glorificate et deū portate in corpore vestro qui formam nobis sue māsuetu dinis et humilitatis insinuās· ea nos virtute imbuit· qua redemit· cristo domino pollicente· Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos· Tolli te iugum meum super vos ꝛ discite a me quia mitis sum ꝛ humilis corde· Suscipiamus ergo regētis nos veritatis non graue non asperum iugum et simus eius humilitatis similes cuius glorie volumus esse conformes· ipso auxili ante et perducente nos ad promissiones suas qui secun dum magnam misericordiam suam potens est nostra pec cata delere et sua in nobis dona perficere ihesus cristus dominus noster· Qui viuit et regnat per secu· se·

¶ De eodem sermo quartus·

SEmper quidem dilectissimi diuersis modis multisq mensuris humano generi bonitas diuina consuluit et plurima puidencie sue munera omnibus retro seculis clementer impert̃it. Sed in nouissimis temporibus omnem habūdanciā solite benignitatis excessit quādo in cristo ipsa ad peccatores misericordia. ipsa ad errantes veritas. ipsa ad mortuos vita descendit. vt verbū illud coeternū et equale genitori in vnitate deitatis sue naturā nostre humilitatis assumeret. et deus de deo natus. idē eciā homo de homine nasceretur pmissuz quidem hoc a constitucione mundi ꝛ multis singnificacionibus rerum atq verborum semp fuerat prophetatum. Sed ꝙtam hominē porcionez figure ille et misteria obvmbrata saluarēt nisi longa et occulta promissa aduētu suo cristus impleret vt quod tunc paucis credentibus p fuit faciēdum innumeris iam fidelibus pdesset effectum Iam ergo non signis neq ymaginibus ad fidē ducimur. sed euāgelica historia cōfirmati. quod factum credim9 adoramus accedentib9 ad erudicionē nostrā ppheticis instrumētis vt nullo modo habeam9 ambiguū quod oraculis scimus esse predictum. Hinc eñ est quod abrahe dominus ait. In semine tuo benedicent̃ omnes gētes. Hinc dauid pmissionē dei pphetice canit dicens. Iurauit dominus dauid veritatē et non frustrabitur eum. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Hinc idem dominus per ysaiam. Ecce inquit virgo cōcipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel quod interp̃tatur deus. Et iterum. Exiet virga de radice yesse et flos de radice eius ascendet. In qua virga non dubie quod beata maria virgo predicta est. q̄ de yesse ac dauid stirpe progenita et spiritu sancto fecūdata. nouū florem carnis humane vtero quidem materno sed ptu est enixa virgineo. Exultent ergo in laudem dei corda credenciū et mirabilia eius confiteātur filij hominū quoniam in hoc precipue

dei opere humilitas nostra cognoscit· quanti eam suus
conditor estimarit· Qui cum origini humane multum de
derit· quod nos ad ymaginē suam fecit· repacioni nostre
longe āplius tribuit cuȝ seruili forme ipse se dominus co
aptauit· Quāuis em̄ ex vna eadēq3 pietate fit quicquid
creature creator impēdit· minus tamē mirū est hominez
ad diuina ꝑficere ꝙ deū ad humana descēdere· Hoc au
tem nisi facere dignaretur omnipotēs· nulla queꝙ speci
es iusticie· nulla forma sapiencie a captiuitate diaboli et
a ꝓfūdo eterne mortis erueret· cōdempnacio em̄ ex vno
in omnes cū pc̄to transiens pmaneret ⁊ letali vulnere ta
befacta natura nullū remediū repiret q2 cōdicionez suaȝ
suis virib9 mutare nō posset· Primus nāq3 homo carnis
substāciaȝ accepit e terra· ⁊ racionali spū per inflacōem
creantis animatus est· vt ad ymaginem ac similitudinem
auctoris sui viuēs formā dei bonitatis atq3 iusticie i splē
dore imitacionis tāꝙ in speculi nitore seruaret· quā natu
re sue speciosissimā dignitatem si p obseruāciam legis da
te pseuerāter excoleret ipsam illā terreni corporis quali
tatem ad celestez gloriā mens incorrupta pduceret· sed
quia inuido et deceptori temere atq3 infelicit̄ credidit
et supbie cōsilijs acquiescens repositum honoris augmē
tum occupare maluit ꝙ mereri· Non soluȝ ille homo· sed
eciaȝ vniuersa in illo posteritas audiuit· terra es et in ter
rā ibis· Qualis ergo terren9 tales et terreni ⁊ nemo imor
talis· quia nemo celestis· Ad hoc itaq3 peccati et mortis
vinculum resoluendum omnipotēs fili9 dei omnia implēs
omnia cōtinens· equalis p omnia patri et in vna ex ipso ⁊
cum ipso cōsempiternus essencia· naturam in se suscepit
humanā ⁊ creator ac domin9 omniū reȝ dignat9 est vn9
esse mortalium electa sibi matre quā fecerat· que salua in
tegritate virginea corporee tamez esset ministra sub stā
cie· vt humani seminis cessante cōtagio· nouo homini et
puritas inesset et veritas· Nō ergo in xp̄o ex vtero virginis

genito quia natiuitas est mirabilis· ideo est natura dissi
milis· Qui enim verus deus idem ver9 est homo· et nullū
est in substancia vtraqꝫ mendacium· Verbum caro factū
est pfectione carnis· non defectione deitatis· Que sic po
tenciam suam bonitate moderata est· vt et nostra suscipi
endo proueheret et sua cōmunicando non perderet· In
hac natiuitate cristi secundum prophecia dauid· veritas
de terra orta est· ⁊ iusticia de celo prospexit· In hac nati
uitate cristi eciam ysaie sermo cpletus est dicentis· Pro
ducat terra et germinet saluatorem· et iusticia oriatꝰ simꝉ
Terra enim carnis humane que in primo fuerat puarica
tore maledicta· in hoc solo beate marie virginis ptu ger
men edidit benedictum· ⁊ a vicio sue stirpis alienū· Cui9
spiritalem originez in regeneracione quisqꝫ consequitꝰ et
omni homī renascenti aq̄ baptismatis instar est vteri vir
ginalis eodem spiritu sancto replēte fontez qui repleuit
et virginem vt peccatum quod vbi vacuauit sacra con
cepcio· hic mistica tollat ablucio· Ab hoc sacramēto di
lectissimi insanus manicheorū error alienus est nec vllum
habent in cristi regeneracione cōsorcium qui eum de ma
ria virgine negant corporaliter natum vt cuius non cre
dunt veram natiuitatem nec veram recipiant passionem·
et quem non confitētur vere sepultum et abnegēt veraci
ter suscitatum· Ingressi enim preruptam execrandi dog
matis viam in qua nichil non tenebrosum· nichilqꝫ non lu
bricum est· ruunt in pfundum mortis p precipicia falsita
tis nec aliquid solidu3 cui imitantur inueniunt qui prop
ter omnia diabolici pbra cōmenti i ipso precipuo obser
uancie sue festo· sicut pxima eorum cōfessione patefactū
est vt animi ita et corpis pollucione letentur neqꝫ in fidē
integritatem nec in pudore seruātes vt et in dogmatib9
suis impij et in sacris inueniātur obsceni· Alij hereses di
lectissimi licet merito omnes in sua diuersitate dampnan
de sint· habent tamē singule in aliqua sui parte quod veꝝ

fit· Arrius dei filium minorem patre et creaturam esse de finiens et ab eodem inter omnia creatum putans spiritū sanctū· mag̃ impietate se ꝑdidit sȝ sempiternā atqȝ in cō mutabilem deitatem quā in vnitate trinitatis non vidit in patris essencia nō negauit· Macedoni9 a lumine veri tatis alienus· diuinitatem sancti spiritus non recepit· sed in patre et filio vnā potenciaȝ et eandem confessus est es se naturam· Sabellius inexplanabili errore confusus vni tatem substancie in patre et filio et spiritu sancto in sepa bilem senciens· quod equalitati tribuere debuit singulari tati dedit· et cum veram trinitatē intelligere non valuit vnam eandemqȝ credidit sub triplici appellacione perso nam· Photinus cecitate mentis deceptus in cristo verū et substancie nostre cōfessus est hominem· sed eundē deū de deo ante secula genitum esse non credidit· Appollina ris fidei soliditate priuatus filiū dei ita veram humane carnis credidit suscepisse naturā vt in illa carne diceret animam non fuisse quia vicem eius expleuerit ipsa diuini tas· Hoc modo si omnes quos catholica fides dampnat retractentur errores in alijs atqȝ alijs quidem inuenitur quod a dāpnabilibus posset abiungi· In manicheorum autem scelestissimo dogmate prors9 michil est quod ex vl la parte possit tolerabile iudicari· Sed vos dilectissimi quos nullis dignius quā beati petri apostoli alloquor ver bis· gen9 electum regale sacerdocium gens sancta popu lus acquisicionis edificati super inuiolabilem petram cri stum· ipsiqȝ domino saluatori nostro per veraȝ susceepcio nem nostre carnis inserti ꝑmanete stabiles in ea fide quā confessi estis coram multis testibus et in qua renati per aquam ⁊ spiritū sanctuȝ accepistis crisma salutis ⁊ signa culum eterne vite· Si quis autē aliud vobis annunciaue rit preter id qđ didicistis anathema fit· Nolite impias fa bulas ꝑponere lucidissime veritati· et q̇cquid cōtra regu lā catholici ⁊ ap̄lici simboli aut legere ā audiē ɔtigerit·

id omino mortiferum ac diabolicum iudicate. Non vos seducant deceptorijs artibus ficta atqꝫ simulata ieiunia que non ad purificacionem sed ad perdicionem pficiunt animarū. Speciem quidez sibi pietatis et castitatis assu munt. Sed hoc dolo actuum suorū obscena circūtegunt et de pphani cordis penetrabilibus iacula quib9 simpli ces vulnerentur emittunt vt sicut ait ppheta sagittent in obscuro rectos corde. Magnum presidium est fides in tegra fides vera. in q̄ nec augeri ab vllo quicquaz nec mi nui potest. quia non est nisi vna fides dicente apostolo. Vnus dominus. vna fides. vnum baptisma. vnus deus ⁊ pater omniū qui sup omnes et p omnia et in omnibus no bis. Huic vnitati dilectissimi incōcussis mentibus inhere te. et in hac sectamini omnem veritatē. In hac p̄ceptis do mini deseruite. quia sine fide impossibile est placere deo. et nichil sine illa sanctum nichil castum est. nichil viuum. Iustus enim ex fide viuit. quā qui diabolo decipiēte per diderit viuens mortuus est. Quia sicut p fidē iusticia ita eciam p fidem veram vita obtinetur eterna dicente domi no saluatore. Hec est autē vita eterna vt cognoscant te solum verum deum. et quem misisti ihesuz cristū qui vos p ficere et pseuerare faciat vsqꝫ in finem. Qui viuit et reg nat cum patre et spiritu sancto in secula seculoꝝ amen.

¶ Sequitur sermo quintus de eodem

Quamuis dilectissimi ineffabilis sit natiuitas do mini nostri ihesu cristi qua se nature nostre car ne vestiuit. audeo tamē nō de facultate mea sed d ipi9 inspiracione p̄sumē. vt d die qui in sacramentū hu mane restitucionis electus est. aliquid a nobis quod audi entes posset edificare pmatur. Non em̄ quia maior pars ecclesie dei quod credit intelligit. ideo necessariū non est eciam que dicta sunt dicere cum vtiqꝫ nunc primū multis ad fidem venientibus oris nostri officium debeam9 meli9 qꝫ sit doctos onerare iā notis q̄ rudos fraudare discēdis

Quod igitur filius dei qui cum spiritu sancto et patre nō vnius persone sed vnius essencie est· humilitatis nostre pticeps fieri et vnus passibilium vnus voluit esse mortaliū· tam sacratum tamq̄ mirabile est vt racio diuini consilij sapientibus mundi patere non possit nisi humane ignorācie tenebras lux vera discusserit· Non enim in solo opere virtutum aut in sola obseruācia mādatorum· sed eciaꝫ in tramite fidei angusta et ardua via est que ducit ad vitā et magni laboris est magniqꝫ discriminis int̄ dubias imperitorum opiniones et verisimiles falsitates per vnaꝫ sane doctrine semitā inoffensis gressibus ambulare· et cum vndiqꝫ se laquei erroris opponāt omne piculuꝫ decepcionis euadere· Quis autem ad hec ydoneus nisi qui spiritu dei et docetur et regitur dicente apostolo· Nos autē nō spiritum mundi accepimus· sed spiritum qui ex deo est vt sciamus que ex deo donata sunt nobis· Canente eciā dauid· Beatus homo quem tu erudieris domine et de lege tua docueris eum· Habentes itaqꝫ dilectissimi inter pericula erroris· p̄sidia veritatis· et nō humane sapiencie verbis· sed doctrina sancti spiritus eruditi· quod didicimus credimus· quod credimus predicamus dei filium ante secula a patre genitum et patri sempiterna ⁊ cōsubstancia li equalitate coeternum· venisse in hunc mundū p vterum virginis in hoc sacramentū pietatis electe· In qua et ex qua edificauit sibi sapiencia domum et formā sibi serui in similitudineꝫ carnis peccati incōmutabilis verbi deitas coaptauit· in nullo apud se et patrem et spiritum sanctū minor gloria sua quia diminucionē et varietatem summe et eterne essencie natura non recepit· Propter nostram autē īfirmitatē extenuauit se i capacibꝰ sui ⁊ velamie corpis splēdorē maiestatis sue quē visus hominū nō ferebat obtexit· Vn̄ eciā exinanisse se dicit̄ tamq̄ se ppria virtute vacuauerit· dum in ea humilitate qua nobis cōsuluit nō solum patre sed eciam seipso est factꝰ inferior· Nec aliqd

illi hac inclinacione decessit cui cum patre et cum sancto spiritu hoc quod est esse cōmune est· vt hoc ipsum intelligamus ad omnipotenciam ꝑtinere·quod qui secundū nostram minor est·secundum propriam minor non est·Quia enim lux ad obcecatos· virt9 ad imbecilles·misericordia respexit ad miseros·de magna factum est potestate vt filius dei substanciā humanāq3 causa3 susciperet qui et naturā q̄ condidit reformaret et mortem quā nō fecit aboleret· Repudiatis igitur longeq3 reiectis omnib9 quib9 opinionibus impiorum aut stulticia est crux cristi aut scādalum·Exultet rectarū mencium fides·et verū vnūq3 dei filium non solum secundum deitatē qua a patre genitus· sed eciam secundū humanitatem qua de virgine matre ē natus intelligat· Ipse est enim in humilitate nostra qui est in maiestate diuina verus deus et ver9 homo·sempiternus in suis temporalis in nostris· vnum cum patre in substācia·qui numq̄ fuit minor patre·vnū cū matre in corpe quod creauit· In assumpcione enim nature nostre nobis factus est gradus·quo ad ipsum p ipsum possimus ascendere· Nam illa essencia que semp vbiq3 tota est locali descensione non eguit·et tam ei ꝓprium fuit totā homini inferi q̄ ei ꝓprium est totā a patre nō diuidi·Manet ergo quod in principio erat verbum· et non est ei accidens vt quod est aliquādo non fuerit· Sempiterne em̄ filius·fili9 est·et sempiterne pater·pater est· Vnde cum ipse fili9 dicat·qui me videt videt et patrē meum·excecauit te o heretice impietas tua·vt qui maiestatem filij non vidisti patris gloriam non videres·Dicendo enim genitū esse qui non erat filium asseris tempalem·et dum filiū asseris tēpalem·credidisti patrem esse mutabilē· Mutabile em̄ est non solum quod minuitur sed eciā quicquid augetur·Et si ideo patri impar est genit9· quia vt tibi videtur generacio eum qui non erat genuit·imperfecta erat eciam generātis essencia q̄ ad habendū quod nō habuit generādo

profecit· Sed hanc igitur impiam peruersitatem tuam fides catholica execratur et dampnat· que in deitate vera nichil tēporalitatis agnoscit·sed vni9 sempiternitatis et patrem confitetur et filium·quia splendor ex luce ort9 non est luce posterior et lux vera numq̄ est sui splendoris indigens· Sic substāciale habēs semp fulgere· sicut substāciale habet sp existere· Hui9 autē splendoris manifestacio missio dicitur quia mundo cristus apparuit· et cum omnia inuisibili maiestate sua semp impleret tamen quasi de remotissimo altissimoq̄ȝ secreto·hijs quibus erat ignotus aduenit cum cecitatem ignorancie abstulit· Et sicut scriptum est· Sedentibus in tenebris et in vmbra mortis lux orta est eis· Quamuis enim eciā prioribus seculis ad illuminacionem sanctorum patrum et prophetarū lumen veritatis emissum est·dicente dauid·Emitte lucem tuam et veritatem tuam· et diuersis modis multisq̄ȝ signis opa presencie sue deitas filij declarauit·omnes tamē ille significaciones cūctaqȝ miracula testimonia fuerūt istius missionis de qua dicit apostolus paulus· Cū ergo venit plenitudo tempis·misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege·Quid vero hoc est nisi verbum carnē fieri·conditorem mundi per vterum virginis nasci·dominū maiestatis humanis se coaptare primordijs ⁊ licet cōceptui spiritali nulla sint terreni seminis mixta contagia ad suscipiendam tamē vere carnis substanciā·solā sumere de matre naturam·: Hac missione qua deus vnitus est hominum filius impar est patri·non in eo quod ex patre·sed in eo quod factum est ex homine· Equalitatem enim quam inuiolabilem habet deitas non corrumpit humanitas et creatoris ad creaturaȝ descensio credencium est ad eterna subuectio·Nā q̄ sicut ait apostolus·in sapiencia dei nō cognouit mund9 per sapienciam deū·placuit deo p stulticiam predicacionis saluos facere credētes· Mūdo ergo idest prudentibus mundi· sapiencia sua cecitas facta est

nec potuerunt per illam cognoscere deū ad cuiꝰ noticiaȝ
non nisi in sapiencia eius acceditur· Et ideo quia mundꝰ
de vanitate suorum dogmatum supbiebat in eo cōstituit
dominus saluandorū fidem quod ⁊ indignū videretur ⁊
stult um vt deficientibꝰ omnibꝰ opinionū p̄sumpcionibꝰ
sola dei gracia reuelaret· quod cōprehendere humana in
telligencia non valeret· Agnoscat igitur catholica fides
in humilitate domini gloriam suā·et de salutis sue sacra
mentis gaudeat ecclesia que corpꝰ est cristi· quia nisi ver
bum dei caro fieret et habitaret in nobis nisi in cōmunio
nem creature creator ipse descenderet·et vetustatem hu
manam ad nouū principiū sua natiuitate reuocaret·reg-
naret mors ab adam vsq; ad finem et super omnes homi
nes condempnacio insolubilis pmaneret cum de sola con
dicione nascendi vna cunctis esset causa pereundi· Solꝰ
itaq; inter filios hominū dominus ihesus innocens natꝰ
est quia solus sine carnalis cōcupiscencie pollucione con
ceptus factus est homo nostri generis vt nos diuine na
ture possimus esse consortes· Originem quam sumpsit in
vtero virginis posuit in fonte baptismatis· Dedit aque
quod dedit matri·virtus enim altissimi et obūbracio spi
ritus sancti· que fecit vt maria pareret saluatorem· eadē
facit vt regeneraret vnda credentem· Quid autē sanādis
egris·illuminandis cecis·viuificādis mortuis apciꝰ fuit
q̄ꝫ vt superbie vulnera humilitatis remedijs curarentur·
Adam precepta dei negligens· peccati induxit domina
cionem·ihesus factus sub lege reddidit iusticie libertatē
Ille diabolo obtemperās vsq; ad preuaricacionē meruit
vt in ipso omnes morerent̄· hic patri obediēs vsq; ad cru
cem· fecit vt in ipso omnes viuificarentur· Ille cupidus
honoris angelici·nature sue pdidit dignitateȝ· hic infir
mitatis nostre suscipiens condicioneȝ pp̄ter quos ad in
ferna descendit·eosdem in celestibus collocauit· Postre
mo illi p elacioneȝ lapso dictū est·terra es ⁊ in terrā ibis·

Huic per subiectionem ex alto dictum est. Sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellum pedū tuorū Hec domini nostri opa dilectissimi non solū sacramento nobis vtilia sunt. sed eciam imitacionis exēplo. ut in disciplinam ipsa remedia transferantur. quodqꝫ impensum est misterijs. psit et moribꝰ vt meminerimꝰ nobis in humilitate et mansuetudine redemptoris nostri esse viuendum. Quoniam sicut ait apostolꝰ. Si cōpatimur et conregnabimus. Frustra aūt appellamur cristiani. si imitatores nō sumus cristi. Qui ideo se viam esse dixit vt conuersacio magistri esset forma discipuli et illam humilitatem eligeret seruus. quam sectatus est dominus. Qui viuit et regnat cum deo patre in vni. s. s. deus per. &c

De eodem sermo sextus.

Omnibus quidem diebꝰ dilectissimi atqꝫ temporibus. animis fidelium diuina meditancium domini et saluatoris nostri ex matre virgine ortꝰ occurrit. et mens ad confessionem sui auctoris erecta siue in gemitu supplicacionis. siue in exultacione laudis siue in sacrificij oblacione versetur. nichil crebriꝰ. nichilqꝫ magis fideliter spiritali attingit intuitu. q̄ꝫ quod deꝰ dei filiꝰ genitus de patre coeterno. idem eciaꝫ partu est natꝰ humano. Sed hāc adorandā ī celo et ī terra natiuitatē nullus nobis dies magis. q̄ꝫ hodiernus insinuat. ⁊ noua eciā in elementis luce radiente. totam sensibus nostris mirabilis sacramenti ingerit claritatem. non solum enim in memoriam. sed in conspectu quodāmodo redit angeli gabrielis cum maria stupente colloquium concepcio de spiritu sancto. tam mire pmissa q̄ꝫ credita. auctor mundi editus vtero virginali. ⁊ q̄ omnes naturas cōdidit. eius est factus filius quam creauit. Hodie verbū dei apparuit carne vestitū. et quod numq̄ꝫ fuit humanis oculis visibile. cepit eciam manibꝰ esse tractabile. Hodie in nostre carnis animeqꝫ substancia saluatorem angelicis vocibus didicere

pastores et apud dominicorum presules gregum. hodie euangeli sancti forma precudita est vt nos quoqz cum celestis milicie dicamus exercitu. Gloria in excelsis deo. et in terra pax hominibus bone voluntatis. Quamuis ergo illa infancia quam filij dei non est denegata maiestas. in virum perfectum etatis adiectione prouecta sit. et consummato passionis ac resurrectionis triūpho omnes suscepte pro nobis humilitatis transierint actiones renouat tamē nobis hodierna festiuitas nati ihesu ex maria virgine sacra primordia. Et dum saluatoris nostri adoramus ortū inuenimꝰ nos nrm celebrare principiū. Generacio enī xpi origo est populi cristiani. et natalis capitis natalis est corporis. habeant licet singuli quiqz vocatorū ordinem suū et omnes ecclesie filij temporum successione sint distincti. vniuersa tamē summa fidelium fonte orta baptismatis sicut cum cristo in passione crucifixi. in resurrectione suscitati. in ascensione ad patris dextram collocati. ita cum cristo ipso sumus in hac natiuitate congeniti. Quicquid enim hominum in quacūqz mundi parte credencium regeneratur in cristo intercisso originalis tramite vetustatis. transit in nouum hominem renascendo nec iam in propagine habetur carnalis patris. sed in germine saluatoris. qui ideo filius hominis est factus vt nos filij dei esse possimꝰ. Nisi enim ille ad nos hac humilitate descēderet nemo ad illum vllis suis meritis perueniret. Nichil hic vocatorum cordibus caliginis inferat terrena sapiēcia. nec se cōtra altitudinem gracie dei mox in yma rediturus terrenarū cogitacionum puluis attollat. Impletum est in fine seculorum. quod erat ante tempora eterna dispositum et sub presencia rerum signis cessantibus figurarum. lex et prophecia veritas facta est. vt abrahā fieret omnium gencīu pater. et in semine eius daretur mūdo ꝓmissa benedictio. Nec hij tantum essent israhel quos caro et sanguis genuisset. sed in possessionem hereditatis fidei filijs preparate

vniuersitas adopcionis intraret. non obstrepāt ineptarum calumpnie questionum nec effectus diuini operis racioci nacio humana discuciat. Nos cum abrahā credimus deo. nec hesitamus diffidencia. sed plenissime scimus. quoniam quod promisit dominus potēs est et facere. Nascitur ergo non de carnis semine dilectissimi. sed de spiritu sancto saluator. quē prime trāsgressiōis cōdempnacio nō teneret. vnde ipsa collati muneris magnitudo. dignā a nobis exigit suo splēdore reuerenciā. Ideo enim sicut beatus apostolus docet non spiritum huius mundi accepimus. sed spiritum qui ex deo est. vt sciamus que a deo donata sunt nobis. qui nō aliter pie colitur. nisi id ei quod ipe tribuit offeratur. Quid autē in thesauro dominice largitatis ad honorem p̄sentis festi tam possimus inuenire q̄ pacē. que in natiuitate domini prima est angelico predicata concentu. Ipsa enim est que parit filios dei nutrix dilectionis. et genitrix vnitatis requies beatorum et eternitatis habitaculum cuius hoc opus proprium et speciale beneficium est vt iungat deo quos secernit e mundo. Vnde apostolus ad hoc bonum nos incitat dicēs. Iustificati ergo ex fide. pacem habeamus ad deum. Cuius sentēcie breuitate omniū fere mandatorum otinetur effectus. quia vbi fuerit veritas pacis nichil pt ibi deesse virtutis. Quid ē aūt dilectissimi pacē habē ad deū nisi velle qd iubet. et nolle qd prohibet. Si enim hūane amicicie pares aīmos et similes expetūt volūtates. nec vnq̄ diuersitas morum ad firmā pt puenire cōcordiam quomodo diuine erit pticeps pacis cui ea placēt q̄ deo displicēt. et hiis appetit dlectari qbus deū nouit offēdi. Nō ē iste animus filiorum dei. nec talē sapienciā recipit adoptiua nobilitas. Genus electū et regiū regn̄acōnis sue respōdeat digtati. diligat q d diligit pat et ī nllo a suo auctoē dissenciat. ne iterum dicat domi9. Filios genui et exaltaui. ipsi aūt spreuerūt me. Agnouit bos possessorē suū et asi9 p̄sepe domini sui isrl' vero me nō cognouit et populus me9 me nō itellexit.

Magnum est dilectissimi huius muneris sacramentum et omnia dona excedit hoc donum· vt deus hominem vocet filium et homo deum nominet patrem· per has enim appellaciones sentitur et discutitur quis ad tantam altitudinem ascendat affect9· Nam si in progenie carnali et stirpe terrena claris parentib9 genitos vicia male côuersacionis obscurant· et ipso maiorum suorum lumine soboles indigna confunditur· in quem exitum veniet qui ppt amorez mundi a generacione cristi non metuunt abdicari· Si autem ad humanam pertinet laudem vt patrum decus in prole resplendeat· quanto magis gloriosuz est ex deo natos in auctoris sui imaginem refulgere et illum in se q eos generauit ostendere· dicente domino· Sic luceat lumen vestrum coram hominibus vt videât opera vestra bona· &c· Scimus quidem quod sicut iohannes apostol9 dicit totus mundus in maligno positus est· et insidiâte diabolo atqz angelis eius hoc innumeris têptacionib9 laboratur vt hominem ad superna nitentem· aut aduersa terreant· aut secunda corrumpant· Sed maior est qui in nobis est· quâ qui aduersum nos est· et pacem cum deo habentibus ac semper patri toto corde dicentibus· fiat volûtas tua· nulla preualere certamina· nulli possunt nocere conflictus· Accusantes enim nosmetipsos côfessionibus nostris· et côsensum animi· carnis côcupiscenciis denegâtes inimicicias quidê aduersum nos eius qui peccati auctor est commouemus· sed inexpugnabilem cum deo pacez gracie ipsius seruiendo firmamus· vt regi nostro nô solû obediencia subiciamur sed eciâ iudicio copulemur· Quoniam si in eadem sentêcia sumus· si qd vult volumus· et qd improbat improbamus· ipse iâ p nobis oîa bella côficiet· ipse qui dedit velle· donabit et posse· vt simus coopatores operum eius· et propheticum illud cum fidei exultacione dicamus· Dominus illuminacio mea et salus mea· quem timebo· Dominus defensor vite mee· a quo trepidabo·

Qui ergo non ex sanguinibꝰ neq; ex voluntate carnis ne
q; ex voluntate viri sed ex deo nati sunt· offerāt patri pa
cificorum concordiam filiorum· ⁊ in primogenituꝫ noue
creature qui venit non suam· sed mittentis facere volūta
tem· vniuersa adopcionis mēbra concurrāt· quoniā gra
cia patris non discordes neq; dissimiles sed vnū senciētes
vnūq; amantes adoptauit· heredes ad vnaꝫ reformatos
ymaginem· oportet animum habere conformeꝫ· Natalis
domini· natalis est pacis· Sicut enim ait apostolus· ipse
est pax nostra· qui fecit vtraqꝫ vnum· Quoniā siue iudeꝰ
siue gentilis ꝑ ipsum habemus accessum in vno spiritu ad
patrem· qui ante passionis dieꝫ voluntaria disposicione ꝓ
electum· discipulos suos precipue doctrina informauit vt
diceret· Pacem meam do vobis· pacē relinquo vobis· Et
ne sub nomine generali· q̄litas sue pacis lateret· adiecit·
Non quemadmodū mundus dat· ego do vobis· Non ha
bet inquit mundus amicicias veras· et multos facit puer
so amore concordes· Sunt eciaꝫ in viciis pares animi· et
similitudo desideriorum equalitatem gignit affectuū· Et
si quidam forsitan reperiantur quibus praua et inhonesta
non placent· quiqꝫ illicitas consensiones a federe sue cari
tatis excludant· tamen eciam tales si vel et iudei sint vel
heretici vel pagani non de amicicia dei· sed de pace sunt
mundi· Pax autem spiritalium et catholicorum a sup̄nis
veniens ad superna perducens· cum amatoribus mundi
nulla nos vult communione misceri· sed omnibꝰ obstacu
lis resistere et ad vera gaudia a perniciosis delectacioni
bus euolare· dicente domino· vbi fuerit thesaurus tuus·
ibi erit et cor tuum· Hoc est si deorsum sunt que amas ad
yma descendes· si sursuꝫ que diligis ad summa peruenies
Quo vos et vnum volentes et vnuꝫ sencientes et in fide ⁊
in spe ac caritate concordes spiritus pacis agat atqꝫ per
ducat· quoniaꝫ quicūq; spū dei agunt̄ hii filii dei sunt qui
viuit ⁊ regnat cū filio et spū sancto ꝑ infinita se· se· amen·

De eodem sermo septimus·

Festiuitatis hodierne dilectissimi ver9 venerator est et pius cultor qui nec de incarnacione domini aliquid falsum nec de deitate aliquid sentit indignum· Paris enim periculi malum est· si illi aut nature nostre veritas·aut paterne glorie negat equalitas· Cum ergo ad intelligendum sacramentu3 natiuitatis cristi·q̄ de matre virgine est ortus accedimus abigatur ꝓcul terrenarum caligo racionū· ⁊ ab illuminate fidei oculis mūdane sapiēcie fum9 abscedat·diuina est enim auctoritas cui credimus·diuina est doctrina qua3 sequimur·quoniā siue legis testificacioni·siue oraculis prophetarū·siue euāgelice tube interiorem admoueamus auditum· verum est quod iohannes plenus spiritu sancto intonuit· In principio erat verbum·et verbum erat apud deum et de9 erat verbum·hoc erat in principio apud deu3· Omnia p ipsu3 facta sunt et sine ipso factum est nichil·quod factu3 est in ipso vita erat· Et similiter verū est quod ide3 predicator adiecit· Verbum caro factum est·⁊ habitauit in nobis et vidimus gloriam eius· gloriam quasi vnigeniti a patre· In vtraq3 ergo natura idem est dei filius nostra suscipiens·et propria non amittens·in homine hominē renouās in se incōmutabilis perseuerās· Deitas enim que illi cum patre communis est nullum detrimentū omnipotēcie subijt· nec dei formam serui forma violauit·q2 summa et sempiterna essencia·que se ad hūani generis iclinauit salutē· nos quidem in suam gloriam trāstulit sed quod erat esse non destitit· Vnde cum vnigenitus dei minore3 se patre confitetur·cui se dicit equalem veritate3 in se forme vtriusq3 demonstrat vt et humanā probet imparilitas·et diuinam declaret equalitas· Maiestati igit̄ filij dei corpea natiuitas nichil abstulit· nichil cōtulit· quia substancia incōmutabilis nec minui potest nec augeri· Quod em̄ verbu3 caro factū est nō h̄ sigficat qd in carnē sit dei natura

mutata· sed qd a verbo in vnitatē psone fit caro suscepta·
In cuius vtiqȝ nomine homo tot9 accipitur· cum quo in
tra virginis viscera sancto spiritu fecūdata ꝛ numꝙ vir
ginitate caritura tam insepabiliter dei filius est vnitus·
vt qui erat intempaliter de essencia patris genitus· ipse
fit temperaliter de vtero virginis natus· Aliter em̄ a mor
tis vinculis non possemus absolui nisi in nostris fieret hu
milis· qui permanebat omnipotens in suis· Nascens itaqȝ
dominus noster ihesus cristus homo ver9 qui numꝙ esse
destitit verus deus· noue creature in se fecit exordium· et
in ortus sui forma dedit hūano generi spiritale principiū
vt ad carnalis generacionis abolenda contagia esset re
generandis origo sine semine criminis de quibus dicitur
Qui non ex sanguinib9 neqȝ ex volūtate carnis neqȝ ex vo
luntate viri sed ex deo nati sunt· Que hoc sacramentum
mens comprehendere· que hanc graciam valeat lingua
enarrare· Redit in innocenciam iniquitas· et in nouitatē
vetustas· In adopcionem veniunt alieni· ꝛ in hereditatē
ingrediuntur extranei· De impijs iusti· de auaris benigni
de incontinētibus casti· de terrenis incipiūt esse celestes·
Que aūt est ista mutacio· nisi dextre excelsi quoniam fili9
dei venit dissoluere opera diaboli et ita se nobis· nosqȝ in
seruit sibi· vt dei ad humana descensio· fieret hominis ad
diuina prouectio· In hac autē dilectissimi misericordia
dei cuius erga nos magnitudinē explicare nō valemus
iusta sollicitudine precauendum est cristianis· ne diaboli
eis iterum capiant insidijs· ꝛ eisdē rurs9 cui renūciauerūt
erroribus implicentur· Nō em̄ desinit hostis antiq9 trans
figurans se in angelum lucis· decepcionum laqueos vbi
qȝ pretendere et vt quoquo modo fidem credencium cor
rumpat instare· Nouit cui adhibeat est9 cupiditatis· cui
illecebras gule ingerat· cui apponat incitamenta luxurie
cui infūdat vir9 inuidie· Nouit quē merore cōturbet· quē
gaudio fallat· quē metu opprimat quē āmiracōe seducat

Omnium discutit consuetudinez· ventilat curas· scrutat affectus· et ibi querit causas nocendi· vbi queqz viderit studios9 occupari· habet etenim multos ex eis quos tenacius obligauit aptos artibus suis· quorum ad alios decipiendos· et ingenijs vtatur et linguis· per istos remedia egritudinum· iudicia futurorum· placaciones demonum et depulsiones promittuntur vmbrarum· Adduntur et illi qui totam humane vite condicionē de stellarum pendere effectibus menciuntur et quod est aut diuine voluntatis aut nostre· indeclinabiliuz dicunt esse fatoruz· Que tamē vt cumulacius noceant spondent posse mutare si illis que aduersantur sideribus supplicetur· Vnde cōmentū impiū sua racione destruitur· quia si predicta non permanent nō sunt fata metuenda· si permanent· non sunt astra veneranda· De talibus institutis eciam illa generatur impietas vt sol inchoacione diurne lucis exurgens a quibusdā insipiencioribus de locis eminencioribus adoretur· qd nonnulli eciā cristiani adeo religiose se facere putāt· vt prius q̄ ad beati petri apostoli basilicam· que vni deo viuo et vero est dedicata perueniant· superatis gradibus quibus ad suggestum aree superioris ascenditur· conuerso corpe ad nascentem se solem reflectant vt curuatis ceruicib9 in honorez se splendidi orbis inclinēt· quod fieri partim ignorancie vicio· partim paganitatis spiritu· multum tabescimus et dolemus· Quia et si forte quidaz creatorez poci9 pulchri luminis q̄ ipsum lumen quod est creatura venerātur· Abstinendū tamē est ab ipa specie huius officij quam cū in nr̄is inuenit· q̄ deorū cultū reliq̄t· nōne hāc secū ptē opinioīs vetuste· tam q̄ pbabilē retētabit quā xp̄anis ⁊ impijs viderit esse ɔmunē· Abiciat ergo a ɔsuetudīe fideliūz dāpnanda peruersitas· nec honor vni deo debitus· eorum ritib9 q̄ creaturis seruiūt misceat· Dicit em̄ scriptura dīna· Dominum deum tuum adorabis ⁊ illi soli seruies· Et beatus iob homo sine querelā vt ait dominus et continens se

ab omni re mala· nūquid vidi inquit solem cum fulgeret et lunam incedentem clare et letatum est cor meuȝ in ab scondito· et osculatus sum manum meā que est iniquitas maxima et negacio contra deum altissimum· Quid autem est sol· vel quid est luna· nisi visibilis creature et corporee lucis elementa· quorum vnuȝ maioris est claritatis· aliud minoris est luminis· Sicut enim alia diurna· alia noctur na sunt tempora· ita diuersam in luminaribus qualitatem creator instituit cum tamen priusquam hec fierēt· ⁊ dies sine solis officio· ⁊ noctes sine lune ministerio precessissent Sed condebantur ista ad faciendum hominis vtilitatē vt racionale animal nec in distinctione mensium· nec in re cursu annorum· nec in dinumeracione temporum falleret cum per inequalium horarum impares moras· et dissimi lium ortuum signa manifesta· et annos sol concluderet· ⁊ menses luna renouaret· Quarto namq; vt legimus die di xit deus· Fiant luminaria in firmamento celi· et luceāt su per terram· et diuidant inter diem et nocteȝ· et sint in sig na et tempora et in dies et in annos· et sint in firmamento celi vt luceant super terrā· Expergiscere homo· et digni tatem tue cognosce nature· Recordare te factuȝ ad yma ginem dei· que et si in adam corrupta· in cristo tamen est reformata· Vtere quomodo vtendum est visibilibus crea turis· sic vteris terra mari celo aere· fontib9 atq; flumib9 et quicquid in eis pulchruȝ atq; mirabile est refer ad lau dem et gloriam conditoris· Noli esse deditus illi lumini· quo volucres ⁊ serpētes· quo bestie et pecudes· quo musce delectantur et vermes· lucem corpoream sensu tange cor poreo· et toto mentis affectu illud lumen verum amplecte re quod illuminat omnem hominē venientem in hunc mū dum· de quo dicit propheta· Accedite ad eū et illumina mini et vultus vestri non erubescent· Si enim templū dei sumus· et spiritus dei habitat in nobis· plus est quod fide lis quisq; in sua habet anima quaȝ quod miratur in celo·

Non itaqꝫ vobis dilectissimi hoc aut indicimus aut suade mus·vt despiciatis opera dei·aut contrarium aliquid fi dei vestre in hijs que bonis bona condidit estimetis·si vt omni creature specie et vniuerso mundi hui9 ornatu ra cionabiliter et tempaliter vtamini· Que enim videtur si cut ait apostolus tempalia sunt·que non videtur eterna Vnde quia ad presencia nati sumus· ad futura autē rena ti·non tempalibus bonis dediti sed eternis sumus inten ti·Et vt spem nostram possimus propius intueri·in ipso sa cramento natalis domini cogitem9· quid nature nostre gracia diuina contulerit audiamus apostolum dicentē Mortui enim estis·et vita vestra abscondita est cum cri sto in deo·Cum cristus apparuerit vita vestra tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria· Qui viuit et regnat cum patre et spiritu sancto per infinita secula seculorum amē·

De eodem sermo octauus·

Cum semper nos dilectissimi gaudere in domino omnia diuina eloquia cohortentur· hodie pro culdubio ad spiritalem leticiam copiosius inci tamur natiuitatis nobis dominice sacramēto clari9 cho ruscante et recurrētes ad illā diuine misericordie ineffa bilē inclinacionē·qua creator hominū homo fieri digna tus est·in ipsius nos inueniamur natura·quem adoramus in nostra·Deus enim dei filius de sempiterno et ingenito patre vnigenitus sempiternus manens in forma dei et in cōmutabiliter atqꝫ intempaliter habens nō aliud esse q̄ pater·formā serui sine sue detrimēto maiestatis accepit vt in sua nos proueheret·non in nostra deficeret· vn̄ vtri qꝫ nature in suis proprietatibus permanenti· tāta est vnita tis facta cōmunio·vt quicquid ibi est dei nō sit ab huma nitate disiunctum quicquid autē est hominis non sit a di uinitate diuisum ·Celebrantes igitur dilectissimi natalē diem saluatoris domini partū beate virginis integre co gitemus·vt carni animeqꝫ concepte virtutē verbi nullo

tempis puncto defuisse credam⁹ nec pri⁹ formatū atq̨ ani
matum templum corpis cristi quod sibi supueniens ven
dicaret habitator· sed per ipsum et in ipso nouo homini
datum esse principiū· vt in vno dei atq̨ hominis filio· et
sine matre deitas· ꝛ sine patre esset humanitas· Simul em̄
per spiritum fecūdata virginitas sine corrupcionis vesti
gio edidit et sui generis sobolem· et sue stirpis auctorem
Unde idem dominus sicut euangelista cōmemorat· quesi
uit a iudeis· cuius filiuz cristum scripturarū auctoritate
didicissent· et eisdem respondentibus· quod ex dauid ve
turus semine traderetur· quomodo inquit dominum illū
suum dauid in spiritu vocat dicens· Dixit dominus domi
no meo· sede a dextris meis· Donec ponā inimicos tuos
scabellum pedum tuorū· Nec potuerunt iudei propositā
soluē questionem quia non intelligebant in vno cristo et
progeniem dauiticam et naturam prophatā esse diuinaz
Maiestas autē filij equalis patri· nesciens se humilitate
seruili nec metuebat minui nec indigebat augeri· Ipsuz
q̨ affectum misericordie sue quez restitucioni impēdebat
hūane sola exequi poterat virtute deitatis vt creaturā
ad ymaginē dei conditā· a iugo dire dominacionis erue
ret· Sed quia non ita in primū hominem diabolus violē
tus extiterat vt eum in partes suas sine arbitrij cōsensio-
ne transferret· sic destruendum fuit peccatuz voluntariū
et hostile consilium· vt dono gracie non obesset norma iu
sticie· In tocius ergo hūani generis strage cōmuni· vnū
solum fuit remediū sub diuine racionis occulto· qđ posset
subuenire prostratis· si aliquis filiorum adam originalis
preuaricacionis alien⁹ atq̨ innocēs nasceretᷓ qui ceteris
exemplo prodesset et merito· Sed quia naturalis hec ge
neracio non sinebat nec poterat viciate radicis sine semi
ne propago esse· đ quo scriptura dicit· quis potest facere
mundum de inmundo conceptum semine ꝛc̄· domin⁹ da
uid factus est filius dauid· et p̄missi generis fructu ples

est orta sine vicio in vnam personam gemina conueniēte natura· vt eodem pactu gigneretur· dominꝰ eodemq̧ cō ceptu· cui et vera inesset deitas ad miracula operū· et ve ra humanitas ad toleranciam passionum· Fides ergo ca tholica dilectissimi ob latranciū hereticorū spernat erro res· qui mūdane sapiēcie vanitate dcepti a veritatis euā gelio recesserunt et incarnacionez verbi nō intelligentes de causa illuminacionis fecerunt sibi materiaz cecitatis· Nam omnium fere falsa credencium opinionibꝰ· que eciā in spiritus sancti negacionē ꝓruunt retractatis neminem pene deuiasse cognoscimꝰ· nisi qui duarū in cristo natura rum veritatem sub vnius ꝑsone confessione non credidit Alij etenim domino solam humanitatez· alij solā ascripse re deitatem· alij verā quidem in ipso diuinitatem· sed car nem dixerunt fuisse simulatā· alij ꝓfessi sunt verā eum susce pisse carnem· sed dei patris non habuisse naturam· et dei tati eius que erant humane substācie deputātes· maiorez sibi deum· minoremq̧ finxerūt· cum gradꝰ in vera diuini tate esse non possunt· quoniā quicquid deo minꝰ est· deꝰ non est· Alij cognoscentes patris et filij nullam esse distā ciam· quia non poterant vnitatē deitatis intelligere nisi in vnitate ꝑsone eundem asseruerunt esse patrem quem fi lium· et nasci et nutriri· pati ⁊ mori· sepeliri et surgere ad eundem ꝑtineret qui ꝑ omnia et hominis ꝑsonam implēt et verbi· Quidā putauerunt dominum nostrū ihesum cri stum non nostre substancie corpus habuisse· sed ab elemē tis superioribus et subtilioribus sumptum· Quidam autē estimauerunt in carne cristi humanā animaz nō fuisse· sed ꝑtes anime ipsam verbi implesse deitatem· quorum impru dencia in hoc transijt· vt animam quidez in domino fuisse faterentur· sed eandem dicerent mēte caruisse· qr̄ suffice ret homini fuisse sua deitas ad omia racionis officia· Po stremo idem asserere presumpserūt ꝑtem quandam verbi in carnem fuisse cōuersam vt in vniꝰ dignitate varietate

multiplici non carnis tantum·animeqȝ natura·sed eciam ipsius verbi solueretur essencia· Multa sunt ⁊ alia prodigia falsitatum·quib⁹ enumerādis caritatis vestre nō est fatigandus audit⁹·sed p diuersas impietates que sibi in uicem sunt multiformiū blasphemiarum cognacione connexe de hijs potissimum erroribus declinandis obseruanciam vestre deuocionis admoneo· quorum vnus dudum nestorio auctore cōsurgere non impune temptauit· alius nuper pari execracione dampnandus· eutice assertore ꝓrupit· Nā ille beatā marā virginē tātummodo ausus est predicare genitricem vt in conceptu eius et partu nulla verbi et carnis facta vnicio crederetur·quia dei filius nō ipse fact⁹ est hominis fili⁹· sed creato homini sola se dignacione sociauit· Quod catholice aures nequaq̄ tolerare potuerunt que sic euāgelio veritatis imbute sunt vt firmissime nouerunt nullam esse humano generi spē salutis nisi esset filius virginis·qui creator est matris· Hic autē recencioris sacrilegij ꝓphan⁹ assertor· vnicionē in cristo quidem duarū confessus est naturarū· sed ipsa vnicione id dixit effectum vt ex duabus vna remaneret nullaten⁹ alterius existente substācia que vtiqȝ finiri nisi aut ꝯsumpcione aut separacione non posset· Hec vero tam inimica sunt sane fidei vt nequeāt recipi sine excidio nomis cristiani· Si enim verbi incarnacio non vnicio est diuine hūaneqȝ nature· sed hoc ipso concursu quod erat geminū factum est figulare sola diuinitas vtero virginis nata est et per ludificatoriam sepciē sola subijt nutrimenta et incrementa corporea· vtqȝ omnes mutabilitates humane condicionis omittam· sola diuinitas mortua· sola diuinitas sepulta· vt iam secundum talia sencientes· sperāde resurrectionis nulla sit racio·nec sit primogenitus ex mortuis cristus·quia non fuit qui deberet resuscitari si nō fuerit q̄ posset occidi· Absit a cordibus vestris dilectissimi diabolicarum inspiracionum virulenta mendacia· Et scientes

quod sempiterna filij diuinitas nullo apud patrez creuit augmento· prudenter aduertite· quod cui nature in adã dictum est·terra es·et in terram ibis·eidem in cristo dicitur· Sede a dextris meis· Donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorũ secundum illam naturã qua cristus equalis est patri· num℞ inferior fuit vnigenitus sublimitate genitoris· Nec tempalis ei est cũ patre gloria· que est ipsa patris dextra· De qua in exodi dicitᷣ· Dextra tua domine glorificata est in virtute·et in ysaia dicitur· Domine q̃s credidit auditui nostro et brachium domini cui reuelatum est· Assumptus igitᷣ homo in filiũ dei·sic in vnitatem ꝑsone cristi ab ipsis corpalibus est exceptus exordijs vt nec sine deitate cõcept9 sit nec sine deitate edit9· nec sine deitate nutritus· Idẽ erat i miraculis· Idem in contumelijs·ꝑ humanã infirmitatez sub põcio pilato crucifixus mortuus et sepultus· Per diuinã virtutez die tercia suscitatus ascendit ad celos sedet ad dextram patris Et in natura hominis accepit a patre·quod in natura deitatis eciã ipse donauit· Hec dilectissimi pio corde meditãtes apostolici semꝑ memores estote precepti·qui vniuersos admonet dicẽs· Videte ne quis vos decipiat ꝑ philosophiam ⁊ inanem fallaciam secundũ tradicionem hominum et non secũduz cristũ· Quia in cristo habitat omnis plenitudo diuĩtatis corpaliter et estis repleti in illo· Nõ dixit spiritualiter sed corpaliter vt veram intelligamus substãciam carnis vbi est plenitudinis diuinitatis inhabitacio corpalis·qua vtiq̃z eciaz tota repletur ecclesia· q̃ inherens capiti corpus est cristi· qui viuit ⁊ regnat cum patre et spiritu sancto in secula seculorum amen·

¶ De eodem sermo nonus·

Excedit quidẽ dilectissimi multumq̃z supeminet humani eloquij facultatem diuini opis magnitudo·et inde oritur difficultas fandi· vñ racio adest non tacendi· Quia in ihesu cristo filio dei non soluz

ad diuinam essenciam sed eciam ad humanam spectat na
turam quod dictum est p prophetam· Generacionē eius
quis enarrabit· Vtramqȝ em̄ substāciam in vnam conue
nisse psonam nisi fides credat· sermo non explicat· Et ideo
materia nunq̄ deficit laudis qr nunq̄ sufficit copia lau
datorum· Gaudeam9 igitur quod ad eloquendum tante
misericordie sacramētum impares sum9· Et cum salutis
nostre altitudinēȝ pmere non valemus· senciamus nobis
bonū esse qd inicimur· Nemo em̄ ad cognicionem verita
tis magis ppinquat· q̄ qui intelligit in reb9 diuinis eciaȝ
si multuȝ pficiat semp sibi superesse quod querat· Nā qui
se ad id quo tendit puenisse presumit nō quesita repit· sed
in acquisicione deficit· ne autē infirmitatis nostre pertur
bemur angustijs· euāgelice nos et pphetice adiuuāt vo
ces· quibus ita accēdimur· et docemur vt nobis natiuita
tem domini· qua verbum caro factū est non tā preteritā
recolere· q̄ psentem videamur inspicere· Quod enim pa
storibus p gregum suorum custodia vigilantib9 nuncia
uit angelus eciā nostrum impleuit auditum et ideo domi
nicis ouibus p̄sum9 quia verba diuinit9 edita cordis au
re seruamus tamq̄ et in hodierna festiuitate dicatˀ· Ecce
euangeliso vobis gaudium magnum· quod erit omni po
pulo· quia natus est vobis hodie saluator qui est cristus
domin9 in ciuitate dauid· Cuius p̄dicacionis summitati
exultacio innumerabiliuȝ iūgitur angelorū vt excellēci9
fieret testimoniū cui milicie celestis multitudo cōcineret
in honorem dei vna benedictione dicenciuȝ· Gloria in ex
celsis deo et in terra pax hominibus bone volūtatis· Dei
ergo gloria est· ex matre virgine cristi nascentis infācia
Et reparacio humani generis merito in laudem sui refer
tur auctoris· quia et ipse beate marie miss9 a deo gabriel
angelus dixerat spiritus sanctus supueniet in te et virt9
altissimi obumbrabit tibi· Ideoqȝ quod ex te nasceˀ sanc
tum vocabitur filius dei· In terra autēȝ illa pax cōditur

que homines efficit bone voluntatis. Quo enim spiritu de intemerate virginis visceribus nascitur cristus. hoc est. de sancte ecclesie vtero nascitur cristianus. cui vera pax est a dei voluntate non diuidi. et in hijs solis que deus diligit delectari. Natalem igitur dilectissimi diem domini celebrãtes. qui ex omnibus p̃teritorũ temporum diebus electus est. licet dispensacio actionũ corpalium. sicut eterno con filio fuerat p̃ordinata trãsierit. totaq3 redẽptoris humilitas in paterne maiestatis gloriã euecta sit. et in nomine ihesu omne genu flectat̃ celestium terrestriũ et infernorũ et oĩs lingua confiteat̃. quia domin9 ihesuscristus in gloria est dei patris indesinenter tamẽ ipsum partum salutifere virginis adoramus. et illam verbi et carnis indissolubilem copulam non minus suscepim9 in presepe iacentem q̃ in throno paterne altitudinis consedentẽ. Immutabilis em̃ deitas. q̃uis intra semetipsam et claritatẽ suam et potenciam cõtineret. non tamen ideo non erat cõserta nascenti. quia humano aspectui non patebat. vt p veri hominis inusitata primordia ille agnosceretur genitus. qui regis dauid et dominus esset et filius. Ipse enim p̃phetico spiritu cantat. Dixit domin9 domino meo sede a dextris meis. Quo testimonio sicut euãgeliũ refert. confutata est impietas iudeorũ. Nam cum ihesu interrogante iudeos cuius filiũ dicerent cristũ. respondissent dauid confestim dominus cecitatẽ illorum arguẽs ait. Quomodo ergo dauid in spiritu vocat eum dominũ dicẽs. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Interclusistis vobis iudei intelligencie viã. et dum solam naturã carnis aspicitis. tota vos veritatis luce priuastis. Expectãtes em̃ secundum vestre p̃suasionis fabulosa figmẽta dauid filiũ de sola stirpe corporea dum spem vestram in homine tantũ constituistis deum dei filiũ repulistis vt quod vobis confiteri gloriosum est. vobis p̃desse. non possit. Nã et nos interrogati cui9 sit filius xp̃c. voce apostoli confitemur qd

factus est ex semine dauid secundum carnem et de ipso in
icio euāgelice predicacionis instruimur legentes. Liber
generacionis ihesu cristi filij dauid. Sed ideo a vestra im
pietate discernimur. quia quem ex pgenie dauid hominē
nouimus natum. eūdem secundū quod verbū caro factū
est. deum deo patri credimus coeternū. vnde si teneres o
israhel tui nominis dignitatē. et pphetticas denūciacio
nes non obcecato corde pcurreres. ysaias tibi euāgelicā
panderet veritatem. et non surdꝰ audires diuina inspira
cione dicentem. Ecce virgo in vtero cōcipiet et pariet fi
lium et vocabitur nomē eius emanuel quod est interpreta
tum nobiscū deus. Quem si in tanta pprietate sacri nomi
nis non videbas. in dauitica saltim voce didicisses ne con
tra testificacionē noui et veteris testamēti ihesum cristū
dauid filium denegares. quē dauid dominū non fateris.
quapropter dilectissimi quoniā per ineffabilem graciā dei
ecclesia fidelium genciū consecuta est. quod carnaliū iu
deorum synagoga non meruit dicente dauid. Notū fecit
dominus salutare suum. in conspectu genciū reuelauit iu
sticiam suā. et ysaia similiter pdicante. Populus qui sede
bat in tenebris vidit lucē magnā. q habitabant in regio
ne vmbre mortis lux orta est eis. et iterū. Gētes que te nō
nouerunt inuocabunt te. et populi qui te nesciunt. ad te
confugient. Exultemus in die salutis nostre et p nouū te
stamentū in consorciū eius assumpti. cui dicitur a patre.
filius meus es tu ego hodie genui te. postula a me. et da-
bo tibi gētes hereditatē tuā et possessionē tuā terminos
terre. in adoptantis nos misericordia gloriemur. quia sic
apostolus ait. Non accepistis spiritū seruitutis iterū in
timore. sed accepistis spiritum adopcionis filiorū. in quo
clamamus abba pater. Dignum est eñ atq3 conueniens
vt testantis patris voluntas ab adoptiuis filijs adimple
atur. et dicēte apostolo si cōpatimur. et cōglorificabimꝰ.
sint humilitatis cristi cōparticipes qui sunt futuri. future

glorie·coheredes· Honoretur in infancia sua dominus· nec ad deitatis referātur iniuriam· exordia et incremen ta corpea· quoniā nature incōmutabili· nec addit aliqd natura nostra nec minuit· Sed qui in similitudinē carnis peccati dignatus est hominib9 esse conformis in vnitate deitatis patri pmanet equalis·cum quo ⁊ cū spiritu sanc to viuit et regnat in secula seculorum·

¶ De eodem sermo decimus·

Sepe vt nostis dilectissimi de excellencia festiui tatis hodierne officium vobis sermonis saluta ris impedimus·nec ambigimus ita cordibus ve stris diuine pietatis resplenduisse virtutē vt quod vobis fide est insitum·id fit eciā intelligencia cprehensuꝫ· Sed quia domini saluatorisqꝫ nostri natiuitas non solum secū dum deitatem de patre·sed eciā secundum carnem de ma tre ita facultatē humani excedit colloquij vt merito ad vtrumqꝫ referatur quod dictum est· Generacionem eius quis enarrabit· In eo ipso quod digne nō potest explica ri semper exuberat racio differendi·non quia liberū sit di uersa sentire·sed qꝛ dignitati materie nulla potest lingua sufficere· Magnitudo igitur sacramenti in salutē huma ni generis·ante secula eterna dispositi·in seculoꝝ fine re serati·integritati sue nec auferri aliquid patit̄ nec auge ri·⁊ sicut ꝓpria nō amittit ita aliena nō recipit· Sed mul ti opinionū suarum sequaces·⁊ quod nondū intellexerāt· paraciores docere q̄ȝ discere·sicut ait apostol9 circa fidē naufragarūt· Quorum prauas cōpugnantesqꝫ sentēcias breui significacione pstringā vt errorum tenebris a veri tatis luce discretis ⁊ religiose honorent̄ beneficia diuina et scienter caueantur mūdana mēdacia· Quidā em̄ ex do cumentis domini nostri ihesu cristi natiuitatis·que eū ve rum filium hominis demōstrabant·nichil ipsum amplius q̄ȝ hominis filiū crediderunt nō putātes illi ascribendam esse deitatē·quē et primordia infācie ⁊ incremēta corpea

et nondum editus puer genitricem domini signo clause
exultacionis ostenderat. ¶ Magna hec omnia. ⁊ diuiuo
rum operuꝫ sunt plena miraculis. sed hocipso modera ciꝰ
stupenda quo plura ¶ Natiuitas autem domini nostri ihe
su cristi omnem intelligenciam superat. et cūcta exempla
transcendit. nec potest vllis esse comparabilis. que est in
ter omīa singularis. ¶ Electe namqꝫ virgini de semine abra
hā ac d radice yesse ꝑ ꝓpheticas voces et ꝑ mistica signa
ꝓmisse. denūciatꝰ ab archāgelo sine dāpno pudoris beata
fecūditas sacrā ꝟginitatē nec ɔceptu violatā nec ꝑtu.
¶ Superueniente quippe in eam spiritu sancto. et altissimi
obumbrante virtute incommutabile dei verbuꝫ de in cō
taminato corpore. habituꝫ sibi humane carnis assumpsit
que et nullum contagium de cōcupiscencia carnis trahe
ret. et nichil eorum que ad anime corporisque naturam
pertinent non haberet ¶ Recedant procul atque in tene
bras suas eant hereticarum monstra opinionum et in sa
narum sacrilegia falsitatum nos exultans in laudē dei ce
lestium multitudo. et instructi ab angelis docuere pasto
res. vt cognitis nature vtriusque documentis. et verbū
in cristo homine et cristum adoremus in verbo. nam si vt
ait apostolus qui adheret domino vnus spiritꝰ est. quā
to magis verbum caro factuꝫ vnus est cristus. vbi nichil
est alterius nature quod non sit vtriusque ¶ Non ergo in
firmemur in consilio misericordie dei que nos et innocen
cie reformet et vite. nec quia in saluatore nostro manife
sta cognoscimus gemine signa nature. aut in gloria dei
de veritate carnis. aut in humilitate hominis de deitatis
maiestate dubitemus ¶ Idem est in forma dei qui formā
recepit serui. idem est incorporeus manēs. ⁊ corpus assu
mens. idem in sua virtute inuiolabilis. et in nostra infir
mitate passibilis. idem apaterno non diuisꝰ trono. et ab
impijs crucifixus in ligno. idem est super celorum altitu
dies victor mortis ascendēs et vsqꝫ ad ɔsumacōem seculi

vniuersam ecclesiam non relinquens· ideȝ postremo est q̄ in eadem qua ascendit carne venturus· sicut iudicium su stinuit impiorum·ita iudicaturus est de omnium actione mortaliuȝ· Unde ne plurimis testimoniis inmoremur·vnū sufficit ex euangelio beati iohannis adhiberi·quo ipse do minus nr̄ dicit· Amē amē dico vobis qꝛ venit hora ⁊ nunc est quādo mortui audiēt voceȝ filij dei et q̄ audierit viuēt· Sicut enim pater habet vitam in semetipso· sic dedit et filio habere vitam in semetipso et dedit potestatem de dit ei iudicium facere quia filius hominis est· Ergo sub vna sentencia ostendit quia filius dei et fili9 hominis est vnde apparet quemadmodum cristum dominum in vnita te persone credere debeamus·qui cum sit dei filius p quē facti sumus eciam filius hominis per assumpcionē carnis est factus·vt moreretur sicut ait apostol9 ꝓpter delicta nostra·et resurgeret propter iustificacioneȝ nostrā· Hec confessio dilectissimi· nullas metuit contradictiones· nul lis cedit erroribus· Agnoscimus enim misericordiam dei ab inicio promissam et ante secula preparatam per quam resolui captiuitatis humane vincula potuerunt· quibus primum hominem omnemqȝ eius posteritateȝ maleficus peccati auctor obstrinxerat et propagineȝ dediciciā ori ginali sibi preiudicio vendicabat· Quia igitur iustifican dis hominibus hoc principaliter opitulatur quod vnige nitus dei eciam filius hominis esse dignatus est·vt omo usion patri deus idest vnius substancie idest homo verus et secundum carneȝ matri consubstācialis existeret·vtro que gaudeamus quia non nisi vtroque saluamur· in nul lo diuidentes visibilem ab inuisibili·corporeum ab incor poreo· palpabilem ab impalpabili· formam serui a forma dei·qꝛ et si vnū manet ab eternitate aliud cepit a tēpe·q̄ tamē in vnitatē ꝯuenerūt nec sepacioneȝ possunt habere nec finē·dū exaltās ⁊ exaltatus glorificās ⁊ glorificatus ita sibimet inherūt vt siue i omipotencia siue icōtumelia

et passionum vsq3 ad crucem mortemq3 condicio non dis
similem ceteris mortalibus approbasset. Alij vero virtu
tum ammiracione permoti et originis nouitatem et dic=
torum factorumq3 potencia ad diuinam intelligentes
pertinere naturam. nichil illi putauerunt nostre esse sub
stancie. totumq3 illud quod corporee fuit actionis et for=
me. aut d sublimioris generis prodijsse materia. aut simu
latam carnis speciem habuisse. vt videncium et tangen=
cium sensus ludificatoria ymagine falleretur. Fuit autez
in quibusdam errantibus eciam illa persuasio. qua co=
narentur asserere ex ipsa verbi substancia quiddā in car
nem fuisse conuersum. natumq3 ihesum de maria virgine
nichilq3 materne fuisse nature. sed et quod erat deus et
quod erat homo. vtrumq3 ad id pertinuisse quod verbū
est. vt scilicet in cristo per diuersitatem substancie falsa
fuerit humanitas et per defectum mutabilitatis non ve
ra diuinitas. Has ergo dilectissimi aliasq3 impietates
diabolica inspiracione conceptas. et in multorum noxaz
per vasa perdicionis effusas. olim catholica fides cui de9
et magister est et auxiliator obtriuit exhortante ⁊ istru
ente nos spiritu sancto per legis testificacionem. per va=
ticinia prophetarum. et per euangelicam tubam. aposto
licamq3 doctrinam vt constanter intelligenterq3 cre=
damus. Neq3 enim locum vllum ambiguitatis phas est
ibi tenere atq3 tristicie vbi natalis est vite quo cōsumtor
mortalitatis timere ingerit nobis de promissa eternitate
leticia. Abhuius autez nemo alacritatis participacione
secernitur vna cunctis leticia cōmunis est racio. Quia do
min9 nr̄. pc̄ti mortisq3 destructor sic a reatu nullū liberū
repit ita liberādū omib9 venit. exultet sanct9. qr ad ꝓpin
quat ad formā qr sic ait beat9 iohānes. Verbū caro factū
est. ⁊ habitauit i nobis. In nobis vtiq3 quos sibi verbi di
uinitas coaptauit. cui9 caro d vtero virgīs sumpta nos
sum9. q̄ si d nr̄a. idest vere hūana nō essz vbū caro factū.

non habitasset in nobis. In nobis autem habitauit quia naturam nostri corporis suaȝ fecit. edificante sibi sapiencia domum non dequacumqȝ materia. sed de substancia ꝓprie nr̃a. Cui9 assumpcio ē maīfestata cū dictū ē. Verbū caro factū ē ⁊ habitauit in nobis. Huic aūt sacratissime p̄dicacioni. eciā beati pauli apl'i doctrina concordat dicētis Videte ne quis vos decipiat per philosophiā et inanem fallaciam. secundum tradicionem hominuȝ. secunduȝ elementa mundi. et non secundum cristum quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter et estis repleti in illo. Totum igitur corp9 implet tota diuinitas et sicut nichil deest illiuȝ maiestatis. cuius habitacione repletur habitaculum. sic nichil deest corporis quod non suo habitatori sit plenum. Quod autem dictuȝ est. et estis repleti in illo nostra vtiqȝ significata est natura. ad quos illa replecio non pertineret. nisi dei verbum nostri sibi generis ⁊ animam et corpus vnisset. Agnoscenduȝ sane dilectissimi et toto corde est confitendum. quod hec generacio qua et verbum et caro idest de9 ⁊ homo vn9 dei filius vnusque cristus efficitur. supra omnem origineȝ humane creacionis excellit. Nec enim aut ade de limo terre formacio. aut eue de viri carne plasmacio. aut ceterorumqȝ hominum de vtriusque sexus permixtione condicio. ihesu cristi potest ortui conparari. genuit abrahā senex diuine promissionis heredem. et transgressa fecunditatis annos sterilis sara concepit. Jacob dilectus est a deo antequaȝ natus. et preueniente gracia volūtarias actiones ab hispida cōgeniti fratris asperitate discret9 Jeremie dicitur. Priusquam te formarem in vtero noui te. ⁊ antequā exires de vulua sanctificaui te. Anna diu fecunditatis aliena samuelem prophetam queȝ deo offerret enixa est. vt et partu clara esset ⁊ voto. zacharias sacerdos ð elisabeth sterili sanctā suscepit plē ⁊ p̄cursor xp̄i futur9 iohānes. spūȝ ꝓpheticū int̄ viscera matris accepat

nec diuina in cristo careant humanis nec hũana diuinis. Hec credentes de diuinis dilectissimi cristiani sumus vere israhelite. et in consorcium filiorum dei veraciter adoptati. quia et omnes sancti qui saluatoris nostri tempora precesserunt. per hanc fidem iustificati et per hoc sacramentum cristi sunt corpus effecti. expectantes vniuersalem credencium redempcionez in semine abrahaz de quo dicit apostolus. Abrahe dicte sunt promissiones et semini eius. nõ dicit et seminib9 quasi in multis sed q̃si in vno. et semini tuo quod est cristus. propter quod mathe9 euãgelista vt promissionem ad abraham factam ostenderet in cristo esse completam. generacionum ordinem percurrit ⁊ i quo omib9 gẽtib9 disposita fuisset bñdictio demõstrauit lucas ab ipo quoqȝ domini ortu seriẽ gñis sursum ꝯsus retexuit vt eẽ illa secula q̃ diluuiũ ꝑuenerũt huic sacramento doceret esse connexa omnesqȝ ab inicio successionum gradus. ad eum in quo vna erat salus omnium tetẽdisse. Non ergo dubitandum est quia preter cristũ non est aliud nomen sub celo datum hominib9. in quo oporteat nos saluos fieri qui cum patre et spiritu sancto equalr in trinitate viuit et regnat in secula seculorum.

De epiphania. domini sermo primus.

Celebrato proxime die quo intemerata virginitas humani generis edidit saluatorem. epiphanie nobis dilectissimi veneranda festiuitas dat perseueranciam gaudiorũ vt inter cognatarũ solempnitatum vicina sacramenta exultacionis vigor et feruor fidei non tepescat. ad omnium enim hominum spectat salutem quod infancia meditatoris dei et hominum. iam in vniuerso declarabatur mundo. cum ad huc exiguo detineretur opidulo. Quamuis enim israheliticam gentem. ⁊ ipsius gentis vnam familiam elegisset. de qua naturam

i

vniuersitatis assumeret· noluit tamen intra materne habitacionis angustias ort9 sui latere primordia· sed mox ab omnibus voluit agnosci· qui dignatus est omnibus nasci· Trib9 igit magis in regione orietis stella noue claritatis apparuit· que illustrior ceteris pulchriorq3 siderib9 facile in se ituenciu oculos animosq3 coueretet vt cofestim aduerteret non esse ociosu3 qd ta insolutu videbat Dedit ergo aspicientibus intellectu3·qui prestitit signu et quod fecit intelligi fecit inquiri· τ se muemendu3 obtulit requisit9· Sequuntur tres viri superni luminis ductu3 et preuij fulgoris indicium intenta conteplacione comitantes ad agnicionem veritatis gracie splendore ducuntur·qui humano sensu significatum sibi regis ortum estimauerunt in ciuitate regia esse querendum· Sed qui serui susceperit formam et no iudicare venerat·sed iudicari· bethlehem preelegit natiuitati iherosolima3 passioni· Herodes vero audiens iudeorum principem natu3·successorem suspicatus expauit·et molitus necem salutis auctori falsum spondet obsequium· Quam felix foret si magoru3 imitaretur fidem· et conuerteret ad religionem· quod disponebat ad fraude3· O ceca stulte emulacionis impietas· Quid perturbandum putas diuinum tuo furore consilium· dominus mundi temporale non querit regnum· qui prestat eternum· Quid incommutabilem disposita3 rerum ordinem vertere·et aliorum facinus preoccupare conaris· Mors cristi non est temporis tui· Ante condendum est euangelium·ante predicandum dei regnum·ante sanitates donande· ante sunt facienda miracula· Cur quod alieni futurum est operis·tui esse vis criminis·τ no habiturus effectum sceleris in solu3 te reatu3 precipitas volutatis· Nichil hac molicione proficis·nichil peragis Qui voluntate natus est arbitrij sui postate morietur· Cosummat ergo magi desideriu suu·τ ad pueru dominu ihm xpm·eade stella preeunte proueniut·adorat in carne verbum·

in infancia sapienciam· in infirmitate virtutem· et in ho
mis veritate dominū maiestatis·vtq sacramētū fidei sue i
telligēcieq manifestēt·qd cordib9 credūt mūerib9 prote
stant· Thus deo·mirrā homini aurū offerūt regi·scilicet
diuinam humanamq naturam in vnitate venerātes qr
quod erat in substancijs proprium·non erat in psona di
uersum·Reuersis autem magis in regionem suam·et trāf
lato ihesu in egiptum ex admonicione diuina exardescit
frustrata meditacionib9 suis herodis īsania·necari omēs
paruulos iubet·et quoniam quem metuat nescit infantez
generalem seuiciam in suspectā sibi tendit etatē sed quos
rex impius eximit mundo·cristus inserit celo·et quib9 nō
dum sanguinis sui impendit redempcionez· iam martirij
tribuit dignitatem·Erigite ergo dilectissimi fideles ani
mos ad corruscacionem luminis sempiterni et impēsa hu
mane saluti sacramenta venerantes studiuz vestruz hijs
que pro vob's gesta sunt subdite·diligite castimonie pu-
ritatem·quia cristus virginitatis est fili9·Abstinete vos
a carnalibus desiderijs que militant aduers9 animaz quē
admodum nos beatus apostolus suis vt legimus verbis
hortatur·malicia paruuli estote·quia domin9 glorie mor
talium se conformauit infancie sectamini humilitatē quā
dei filius discipulos suos docere dignat9 est·induite vos
virtutem paciencie·in qua animas vestras possitis acqui
rere·quoniaz qui cunctoruz est redēpcio·ipse in se omniū
est fortitudo·que sursum sunt sapite·non que super terrā
per viam veritatis et vite constāter incedite·nec vos im
pediant terrena·quibus sunt parata celestia·Per domi
num nostrum ihesum cristum qui viuit et regnat in se· se·

De eodem sermo secundus·



GAudete in domino dilectissimi iterum dico gau
dete· qr breui interuallo tēpis post solēpnitatē
natiuitatis xpi·festiuitas dclaracōis ei9 illuxit

et quem in illo die virgo peperit· neque hoc mundus ipse agnouit· verbum enim caro factum· sic suscepcionis nostre temperauit exordia· vt ihesus natus et credentibus manifestus et persequentibus esset occultus· Iam ergo illis temporibus celi enarrauerunt gloriam dei· et in omnem terram sonus veritatis exiuit· quando et pastoribus exercitus angelorum saluatoris editi annunciator apparuit· et magos ad eum adorandum preuia stella perduxit· vt a solis ortu vsque ad occasum veri regis generacio coruscaret· cum rerum fidem et regna orientis per magos discerent· et romanum imperium non lateret· nam et seuicia herodis volens primordia suspecti sibi regis extinguere huic dispensacioni nesciens seruiebat· vt dum atroci intentus facinori ignotum sibi puerum indiscreta infancium cede persequitur· annunciatum celitus dominatoris ortum insignior vbique fama loqueretur· quam prompciorem ad narrandum diligencioremque faciebat· et superne significacionis nouitas et cruentissimi persecutoris impietas· Tunc autem eciam egipto saluator illatus est· vt gens antiquis erroribus dedita iam ad vicinam salutem per occultam graciam signaretur· et que nondum ab animo eiecerat supersticionem· iam hospicio reciperet veritatem· Merito igitur dilectissimi dies iste manifestacione domini consecratus· specialem in toto mundo obtinuit dignitatem que in cordibus nostris digno debet splendore clarescere· vt rerum gestarum ordinem· non solum credendo· sed eciam intelligendo veneremur· Quantam eciam graciarum actionem debeamus domino pro illuminacione gencium· probat obcecacio iudeorum· Quid enim tam cecum· quid tam lucis alienum· quam illi sacerdotes et scribe israhelitarum fuerunt· qui percunctantibus magis et herode querente vbi ihesus secundum scripturarum testimonium nasceretur· hoc responderunt de prophetico eloquio quod indicabat stella de celo que vtique poterat magos ierosolimis pretermissis vsque ad cunabula pueri sicut postmodum fecit sua significacione per

ducere· nisi ad confundēdam iudeorum duriciā pertinuis
set· vt non solum ductu syderis sed eciā eorū professione
innotesceret natiuitas saluatoris· Iam ergo ad erudicio
nem gencium ꝓpheticus sermo transibat· et p̄nunciatum
antiquis oraculis cristū· alienigenarū corda discebant·
cum iudeorū infidelitas veritatē ore ꝓferret et mēdaciū
cord retineret· Noluerunt eñ agnoscere oculis· quē de sa
cris indicauerunt libris· vt quem non adorabāt in infan=
cie infirmitate humilem· postea crucifigerent in virtutū
sublimitate fulgentē· Que ista iudei tā imperita in vobis
sciencia est et indocta doctrina · Interrogati vbi crist9
nasceret̄· veraciter et memoriter dicitis quod legistis in
betlehem iude· sic enim scriptum est p ꝓphetam· ⁊ tu betle
hem terra iuda nō es minima īter principes iuda· ex te eñ
exiet dux et princeps qui regat populū meū israhel· Hūc
principē natum et pastoribus āgeli et nobis anūciauere
pastores· hunc principē natum longīqꝫ orientalium gē
cium naciones· insolito noui sideris splendore didicerunt
et ne de loco editi regis ambigeretur vestra erudicio ꝓ
didit quod stella non docuit· Cur vobis viam quam aliis
aperitis obstruitis· cur in vestra infidelitate residet dubi
um· quod ex vestra respōsione fit manifestum· locū natiui=
tatis de scripturarū testimonio demōstratis· p̄senciam tē
poris de celi ⁊ terre attestacione cognoscitis· ⁊ tamē vbi
ad ꝓsequendum animus herodis exarsit ibi ad non credē
dum sensus vester obduruit· Felicior ergo ignorancia in
fancium· quos ꝓsecutor occidit· ꝙ vestra sciencia quos in
sua perturbacione cōsuluit vos noluistis eius regnum re
cipere· cuius opidum potuistis ostendere· illi potuerunt
ꝓ eo mori· quem nondum poterant confiteri· ita crist9 vt
nullum ei9 temp9 esset absqꝫ miraculo· ante vsum lingue
potestatem verbi tacitus exerebat· et quasi iam diceret·
finite paruulos venire ad me· talium eñ est regnū celoꝝ
Noua gloria coronabat infātes ⁊ de iniuriis suis puuloꝝ

primordia consecrabat· vt disceretur neminem hominum diuini incapacem esse sacramenti· quando eciam illa etas glorie esset apta martirij Agnoscamus ergo dilectissimi in magis adoratoribus cristi vocacionis nostre fideique primicias· et exultantibus animis beate spei inicia celebremus· exinde enim in eternam hereditatem cepimus introire· ex inde nobis cristum loquenciũ scripturarum archana patuerunt· et veritas quã iudeorũ obcecacio nõ recepit· omib9 nacõnib9 suũ lumẽ inuexit· Honoretur itaque a nobis sanctissimus dies in quo salutis nostre auctor apparuit et quem magi infantẽ venerati sunt i cunabilis· nos omnipotentẽ adorem9 in celis· et sicut ille thesauris suis misticas domino munerum species obtulerũt· ita nos de cordib9 nostris que deo sunt digna pmamus· Quamuis enim omnium bonorum sit ipse largitor· eciã nostre tamẽ fructũ querit industrie· Non enim dormientibus puenit regnũ celorum sed in mandatis dei laborãtibus atque vigilãtibus et si dona ipsius non irrita fecerimus· p ea q̃ dedit· mereamur accipere quod pmisit vnde cohortamur dilectionem vestram· vt abstinentes ab omni ope malo· que sunt casta et iusta sectemini· filij enim lucis abicere debẽt opera tenebrarum· Itaque odia declinate mendacia abicite superbiã humilitate destruite auariciam largitate delete· Decet enim vt capiti suo membra cõueniant vt pmissarum beatitudinũ mereamur esse consortes· p cristum dominum nostrum· qui viuit et regnat cum deo patre in secula seculorum·

De eodem sermo tercius·

Quamuis sciam dilectissimi quod sanctitatem vestram hodierne festiuitatis nõ lateat causa· eã que secundum cõsuetudinem euãgelicus nobis sermo reserauerit· tamen vt nostri nichil desit officij loqui de eodem quod domin9 donauerit audebo· vt in cõmuni gaudio tãto religiosior sit omniũ pietas· q̃to magis omnib9 fuerit itellecta sollẽpnitas· Prouidencia nãque misericordie

dei dispositum habens pereunti mundo in nouissimis tem
poribus subuenire saluacionē omniū gencium p̄finiuit in
cristo· vt quia et cūctas naciones· a veri dei cultu impiꝰ
dudū error auerterat et ipse peculiaris dei populus isra=
hel ab institutis legalibus pene totus exciderat conclusis
omnibus sub peccato· omnium misereretur· Deficiēte em̄
vbiqꝫ iusticia et toto mundo in vana et maligna ꝓlapso
nisi iudiciū suuꝫ potestas diuina differret vniuersitas ho
minū sentenciā dāpnacionis exciperet sed in īdulgenciaꝫ
ira translata est⁊ vt clarior fieret exerēde gracie magni=
tudo o tunc placuit abolēdis peccatis hominū· sacramen
tum remissionis afferri· quando nemo poterat de suis me
ritis gloriari· Huiꝰ autē ineffabilis misericordie manife
stacio facta est herode autē apud iudeos ius regiuꝫ tenē
te· vbi legitima regū successione cessante· et pontificū po
testate destructa alienigena obtinuit principatū· vt veri
regis ortus illius ꝯplecie probaretur voce que dixerat·
Non deficiet princeps ex iuda· neqꝫ dux de femoribꝰ eius
donec veniat cui reposituꝫ est et ipse est expectacio gen=
cium· De quibꝰ quondaꝫ beatissimo patriarche abrahe in
numerabilis fuerat ꝓmissa successio nō carnis semine sed
fidei fecūditate generanda· et ideo stellarū multitudini
cōparata· vt ab omniuꝫ genciū patre nō terrena sed cele
stis progenies speraretur· Ad creandā ergo ꝓmissam po
steritatē heredes in sideribꝰ designati· ortu noui sideris
excitantur· vt in quo celi fuerat adhibituꝫ testimoniū ce
li famularet obsequiū· Cōmouet magos remociores oriē=
tis habitatores stellis ceteris stella fulgēcior· et de mirā
di luminis claritate viri ad hec spectanda nō insciꝫ magni=
tudinē significacionis intelligunt· agēte hoc sine dubio
in eorū cordibꝰ inspiracione diuina vt eos tāte visionis
misteriuꝫ non lateret· et quod oculis ostendebatur insoli
tum· animis non esset obscurū· Deniqꝫ officiuꝫ suū cuꝫ re
ligione disponunt· et hijs se instruūt donis· vt adoraturi

vnum tria se simul credidisse demonstrarent·honorantes
auro personam regiam·mirra humanã thure diuinã· In
grediuntur itaqꝫ iudaici regni precipuã ciuitatem·et in
vrbe regia ostendi sibi postulãt puerum quẽ ad regnan
dum didicerant procreatũ·Conturbatur herodes·timet
saluti sue·metuit potestati·Requirit a sacerdotibꝰ ⁊ doc
toribus legis·quid de ortu cristi scriptura predixerit·in
noticiam venit quod fuerat prophetisatuꝫ·veritas illumi
nat magos·infidelitas obcecat magistros·Carnalis isra
hel non intelligit quod legit·non videt quod ostẽdit·vti
tur paginis quaruꝫ nõ credit eloquijs·Vbi est iudee glo
riacio tua·vbi de abrahã patre ducta nobilitas·Nonne
circũcisio tua ꝑpuciũ facta est·Ecce maior seruis minori
⁊ alienigeĩs in sortẽ tue hereditatis itrantibꝰ eiꝰ testamẽ
ti quod in sola litera tenes recitacione famularis·Intret
in patriarcharuꝫ familiã genciuꝫ plenitudo· et bñdictio
nem in semine abrahe qua se filij carnis abdicant filij pro
missionis accipiant·Adorant in tribus magis omnes po
puli vniuersitatis auctoreꝫ·et non in iudea tantum deus·
sed in toto orbe sit notus vt vbiqꝫ in israhel sit magnum
nomen eius·Quoniã hanc electi generis dignitateꝫ sicut
infidelitas in suis posteris conuincit esse degenerẽ ita si=
des omnibus facit esse cõmuneꝫ·Adorato auteꝫ domino
magi et omni deuocione cõpleta·secunduꝫ admonicionẽ
sompnij·non eodeꝫ quo venerãt itinere reuertuntur·opor
tebat em̃ vt iam in cristum credentes non ꝑ antique con
uersacionis semitas ambularẽt sed nouaꝫ ingressi viaꝫ a
derelictis erroribꝰ abstinerẽt·tũ vt eciaꝫ herodis vacua
rentur insidie· qui in pueruꝫ ihesum impietatem doli per
simulacionem disponebat officij· Vñ quia spes istiꝰ erat
soluta cõmenti·in maioreꝫ furorẽ iracũdia regis ardescit
Nam recolens tempus quod indicauerãt magi in omnes
bethlehẽ pueros rabiem crudelitatis effudit· et cede ge
nerali vniuerse ciuitatis illiꝰ in eternã gloriã trãsituram

etenim claritas apud magos stelle illustrioris apparuit· et intuencium animos ita ad miracione sui splendoris im pleuit· vt nequaquaꝫ sibi crederent negligendum· quod tanto nunciabatur iudicio· preerat autē sicut res docuit huic miraculo gracia dei· ⁊ cum cristi natiuitatē nec ipa adhuc betlehem tota didicisset· iam illam credituris gē tib9 inferebat· Et quod nondū poterat humano eloquio differi· celo faciebat euāgelisante cognosci· Quāuis aūt diuine dignacionis esset hoc munus vt cognoscibilis gē tibus fieret natiuitas saluatoris· ad intelligendum tamē miraculum signi potuerunt magi eciā de antiquis balaā pnūciacionib9 cōmoueri· scientes olim esse pdictum et ce lebri memoria diffamatum· Orietur stella ex iacob et ex= urget homo ex israhel et dominabitur genciū· Tres ita qꝫ viri fulgore isoliti syderis diuinit9 icitati preuiū micā tis luminis cursuꝫ sequūt̄ estimantes se significatum sibi puerum iherosolimis in ciuitate regia repturos· Sed cū eos hec opio fefellisset· p iudeoꝝ scribas atqꝫ doctores quid sacra de ortu cristi pnunciauerat scriptura didice= runt· vt gemino testimonio confirmati· ardēciori fide ex peterent quē et stelle claritas et prophecie manifestabat auctoritas prolato autem diuino oraculo p responsa pō tificum et declarata spirit9 voce qua dicit· et tu betlehē terra iuda· non es minima in principibus iuda ex te enim exiet dux qui regat populum meum israhel· quā facile et quam consequens fuit· vt hebreorum proceres crederent quod docebant· Sed apparet illos carnaliter cum hero de sapuisse· et regnum cristi cōmune cum huius mundi po testatib9 estimasse· vt et isti tpalem sperarent ducem· ⁊ terrenum metueret ille consortem· Superfluo herodes ti more t̄baris ⁊ frustra in suspectū tibi pueꝝ seruire moliris Non capit cristum regio tua nec mundi domin9 potesta tatis tue ceptri est contentus angustijs· queꝫ in iudea re gnare non vis vbique regnat· et felicius ipse regnares

si eius imperio subdereris. Cur sincero officio nō facis qđ
sub dolo falsitatis promittis. Perge cum magis. et verū
regē simpliciter adorādo venerare. Sed tu iudaice sec
tator cecitatis. non imitaris gencium fidē. cor q3 puersū
ad crudeles conuertis insidias. nec illum occisurus quem
metuis. nec illis nociturus quos perimis. Deducti igitur
dilectissimi in betlehem magi stelle precedentis obsequio
gaudio gauisi sunt magno valde. sicut euāgelista narra
uit. et intrantes domum inuenerunt puerum cum maria
matre eius et procidentes adorauerunt eum. Et apertis
thesauris suis obtulerunt ei munera aurū thus et mirrā.
O pfecte sciencie mirabilem fidem quam nō terrena sapi
encia erudiuit sed spiritus sanctꝰ instituit. Unde enim hij
viri cum proficiscerētur e patria qui nondū viderāt ihe
sum nec aliquo contuitu eius quod eum tam ordinate ve
nerarentur aduerterant hanc deferendorū munerum ser
uauere racionem. nisi quia pter illam stelle speciē que cor
poreum incitauit obtuitū fulgencior veritatis radiꝰ eorū
corda perdocuit vt priusq̄ labores itineris inchoarēt eū
sibi significari intelligerent cui in auro regius honor. in
thure diuina veneracio. in mirra mortalitatis cōfessio de
beretur. Et hoc quidem quantum ad illuminacionē fidei
pertinebat. potuerunt illis credita et intellecta sufficere.
vt corpali intuitu non inquirerent quod plenissimo visu
mentis inspexerant. sed diligencia sagacis officij vsq3 ad
videndum deum puerum perseuerās. futuri tempis popu
lis et nostri seculi hominibus seruiebat. vt sicut omnibus
nobis profuit. quod post resurrectionem domini vesti
gia vulnerū in carne eius thome apostoli explorauit ma
nus. ita ad nostram quoq3 vtilitatē pficeret. quod infan
ciam ipsius magorum probauit aspectus. Viderunt itaq3
magi et adorauerunt puerum de tribu iuda de semine da
uid secundum carnem. factum ex muliere. factū sub lege
quam nō soluere venerat sed iplere. viderūt ꝛ adorauerūt

trucidat infanciã· estimans fore vt nullo illic paruulo nõ occiso occideretur cristus· At ille qui sanguinem suuȝ ꝓ mundi redempcione fundendũ in aliam differret etateȝ· egipto se parentuȝ misterio subuectus intulerat· repetẽs scilicet hebree gentis antiqua cunabula et principatuȝ veri ioseph maioris ꝓuidencie potestate desponens· vt il lam diriorem omni inedia famem qua egipcioruȝ mẽtes veritatis inopia laborabant· veniens de celo panis vite et cibus racionis auferret nec sine illa regione pararetur singulis hostie sacramentuȝ· in qua primũ occisione agni salutiferuȝ crucis signum· et pascha domini fuerat prefor matũ· Hijs igitur dilectissimi diuine grẽ misterijs erudi ti diẽ primiciaruȝ nostrarũ et inchoacionem vocacionis genciũ· racionabili gaudio celebremus gracias agẽtes misericordi deo qui dignos nos fecit· sicut ait apostolus in partem sortis sanctorum in lumine qui eripuit nos de= potestate tenebraruȝ ⁊ transtulit in regnum filij dilectio nis sue· quoniã sicut ꝓphetauit ysaias· Populus genciuȝ qui sedebat in tenebris vidit lucẽ magnã· ⁊ q̄ habitabãt in regione vmbre mortis· lux orta est eis· de quibus idem dicit ad dominuȝ· gentes que te non nouerũt inuocabũt te et populi qui te nesciebant ad te confugiẽt· Hunc diẽ abrahaȝ vidit et gauisus est· cum benedicendos fidei sue filios in semine suo quod est cristus agnouit· et omniũ se futurum gencium patrem credendo ꝓspexit· dãs gloriaȝ deo et plenissime sciens quoniã quod ꝓmisit potens est et facere· Hunc diẽ dauid canebat in psalmo· Omnes gen= tes quascunqȝ fecisti· veniẽt et adorabunt coram te domi ne et glorificabunt nomen tuũ· Et illud· notuȝ fecit domi nus salutare suũ ante conspectũ genciũ reuelauit iusticiã suam· Quod vtique exinde fieri nouiꝰ ex quo tres magos de longinquo sue regionis excitatos ad cognoscendũ ⁊ adorandũ regem celi et terre stella perduxit· et recte in tuentibꝰ quottidie nõ desinit apparere· Et si potuit notũ

facere in infancia cristum latentem· quanto magis pōtest eundem manifestare in maiestate regnātem· cuius vtiqȝ famulatus ad formaȝ nos sui hortatur obsequij· vt huic gracie que omnes inuitat ad cristuȝ quantum possumus seruiamus· quicumqȝ enim in ecclesia pie viuit ⁊ caste· et qui ea que sursuȝ sunt sapit· non que super terraȝ· celestis quodāmodo instar est luminis· Et dū ipse sancte vite nitorem seruat· multis viam ad dominuȝ quasi stella demō strat· in quo studio dilectissimi omnes vobis inuiceȝ ꝓdesse debetis· vt in regno dei ad qđ recta fide et bonis operibus peruenitur sicut lucis filij splendeatis per cristum dominum nostrum·

De eodem sermo quartus

IUstum et racionabile dilectissimi vere pietatis obsequium est· in diebus qui misericordie opa protestantur toto corde gaudere· et honorifice ea que ad salutē nostram gesta sunt celebrare vocante nos ad hanc deuocioneȝ ipsa recurrenciū tempoꝝ lege· que nobis post diem in quo coeternus patri filius dei natus ex virgine est breui īteruallo epiphanie ītulit festuȝ· ex apparicione domini cōsecratuȝ· in quo fidei nr̄e magnū presidiuȝ ꝓuidencia diuina constituit· vt dum solempni veneracione recolitur adorata in exordijs suis saluatoris infancia ꝑ ipsa originalia documēta ꝓbaretur veri in ipo hominis orta natura· hoc est enim quod iustificat impios hoc est qđ ex peccatoribꝰ facit sanctos· si in vno eodēqȝ dn̄o nr̄o ihū xp̄o ⁊ vera deitas ⁊ vera credatᷣ hūanitas deitas qua ante omnia secula in forma dei equalis est patri humanitas qua nouissimis diebꝰ in forma serui vnitꝰ est homini· Ad roborādum ergo hanc fidem que contra omnes pronunciabatur errores· ex magna factum est diuini pietate consilij· vt gens que in longinqua orientalis plage regione siderium arte pollebat· signum nati pueri qui super omnem israhel esset regnaturus acciperet· Noua

puerum· quantitate paruulum· aliene opis indignum· fan
di impotentē· et in nullo ab humane infancie generalita
te dissimilē· qz sicut fidelia erāt testimonia q̄ in eo maiesta
tem inuisibilis diuinitatis assererēt· ita pbatissimū esse de
cebat verbū carnē esse factū· et sempiternā illā essenciam
filij dei hominis verā suscepisse naturā· ne vel ineffabilium
opm secutura miracula vel excipiendarū supplicia passio
nū· sacramētuz fidei ex rerū diuersitate turbarēt cū iustifi
cari omino nō possent· nisi q̄ dominū ihesuz et verū deū et
verū hominē credidissent· Huic singulari fidei dilectissi
mi ꝛ p̄dicate p oīa secula ꝟitati diabolica maicheorū re
sistit ipietas q̄ sibi ad inficiēdas dceptorū aīas nephādi
dogmatis ferale cōmētū d sacilegis ꝛ fabulosis mēdacijs
texuerūt· ꝛ p has isanarū opinionuz ruinas· eousqz p̄cipi
tes pruerūt· vt sibi falsi corpis fingerent cristuz· q̄ nichil
in se solidū· nichil verū oculis hoim actibusqz p̄buerit· sz
simlate carnis vacuā ymaginē dmōstrarit· Indignum
eñ videri volunt vt credat deꝰ dei filiꝰ femineis se iseruisse
visceribꝰ· ꝛ maiestatez suā huic cōtumelie subdidisse· vt
nate carnis imixtꝰ i ꝟo hūane substācie corpe nasceret
cuz totuz hō opꝰ nō iiuria fit ipsiꝰ· sz potēcia· nec credēda
pollucio sz gloriosa ē digcio· Si eñ lux ista visibil· nullis
immūdicijs quibꝰ supfusa fuerit violat· nec radiorꝝ solis
nitorē· quē corpeā cāturaz esse nō dubiū ē· loca vlla sordē
cia vl cenosa cōtaminat q̄d illiꝰ sempitne ꝛ i corpee lucis
essenciā potuit q̄libet sui q̄litate polluē· q̄ se ei quā ad yma
ginē suā cōdidit· sociādo creature purificacionē p̄stitit·
maculā nō recepit· ꝛ sic sanauit vulnera iniq̄tatis vt nl̄la
pateret dāpna ꝟtutis· Nō dine pietatis magnū et ieffa
bile sacramētū qz oibꝰ sanctarꝝ scripturarꝝ ē testificacio
nibꝰ nūciatū· isti de q̄bꝰ loquim̄ aduersarij veritatis legē
p moysen datā· ꝛ ispirata diuinitꝰ pphetarū oracl̄a respue
runt· ipsasqz euāgelicas et apostolicas paginas quedā
auferendo· et quedā inserēdo violauerunt· confingētes

sibi sub apostolorū nominib9 et verbis ipsius saluatoris multa velamina falsitatis quibus erroris sui cōmenta mu nirēt et dcipiendorꝫ mentib9 mortiferū virus infūderent videbāt enim sibi vniuersa obsistere· omnia reclamare· et nō soluꝫ nouo· sed eciā veteri testamento sacrilege impie tatis sue demenciā cōfutari· Et tamē in furiosis mēdaciis ꝑsistentes· ecclesiā dei decepcionib9 suis ꝑturbare nō de sinunt hoc miseris quos illaqueare potuerūt suadētes vt negēt a domino ihesu cristo humanā naturā vere esse sus ceptā negēt vere eū ꝓ mundi salute crucifixū· negent de eius latere lācea vulnerato sanguinē redempcionis et a quā fluxisse baptismatis negēt eū sepultuꝫ· ac die tercio suscitatum· negēt eū in conspectu discipulorꝫ ad cōseden dum in dextra patris sup omnes celorū altitudines eleua tum et vt tota apostolici simboli veritate sublata null9 met9 terreat ipios· nulla spes icitet sanctos· negēt in cri sto viuos et mortuos iudicādos vt quos tātorꝫ sacramē torum ꝟtute ꝑuarīnt· doceāt in sole et luna colere xp̄m ⁊ sub noīe spūs sancti· ipm taliū ipietatum mgr̄m adorare manicheū· Ad cōfirmāda igit̄ dilectissimi corda vr̄a in si de et caritate· profit oībus hodierna festiuitas vt ex testi monio maīfestate saluatoris infācie ꝯfessio catholica mu niat̄· et nature nr̄e carnē in xp̄o negāciuꝫ anathematise tur ipietas· De q̄ nos iohānes apl̄us nō dubio sermone ꝑmonuit dicens· Ois spūs qui confitetur cristum ihesum in carne venisse ex deo est· Et oīs spūs qui soluit ihesuꝫ ex deo nō est· et hic est āticrist9· Nichil ergo cū huiusmodi hominibus commune sit cuiꝙ̄ cristiano· nulla cum talibus habeatur societas nullumqꝫ consorcium· profit vniuerse ecclesie quod multi ipsoruꝫ domino miserāte detecti sunt et in quibus sacrilegijs viuerent· eorundem confessione patefactum est· Neminem fallāt discrecionibus ciboruꝫ sordibus vestiū· vultuūqꝫ pallorib9· nō sunt casta ieiunia que nō de racione veniūt continencie sed d arte fallacie·

hactenus nocuerūt incautis· hactenus illuserūt impitis post hoc nullius excusabilis erit lapsus· Non iam simplex habendus est· sed valde nequā atq3 puers9· qui deinceps repertus fuerit nefando obstrictus errore· Ecclesiasticu3 sane et diuinitus institutū non solum nō inhibemus· sed eciā incitam9 affectū· vt eciā p talibus nobiscū domino supplicetis· quoniā et nos deceptarū animaru3 ruinas cū fletu ⁊ merore miserantī exequētes apostolice pietatis exemplū vt cum infirmantibus infirmemur et cum flētibus defleamus· speramus enim exorandam misericordiam dei multis lacrimis et legittima satisfactione lapsorum· quia dum in hoc corpore viuit· nullius desperāda reparacio· et omniū est optanda correctio· auxiliante domino qui erigit elisos· soluit compeditos· illuminat cecos· cui est honor et gloria in secula seculorum amen·

De eodem sermo quintus·

Hodiernam festiuitatē dilectissimi apparicio domini et saluatoris nostri sic̄ nostis illustrat et h̄ ille est dies quo ad cognoscendū adorādumq3 dei filiū tres magos p̄uia stella perduxit· cui9 facti memoriam merito placuit honore ānuo celebrari· vt dum euangelica historia incessabiliter recensetur· semp se intelligencium sensib9 inferat salutiferū misterium per insigne miraculū· p̄cesserant quidē multa documēta que corpeā natiuitatē domini manifestis indiciis declarent· siue cum beata maria virgo fecundandā se de spiritu sancto parituraq3 filiū dei audiuit et credidit· siue cū ad salutacionē ipsius in vtero elisabeth nondū natus iohannes pphetica exultacione cōmotus est· quasi eciā intra matris viscera iam clamaret· Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mūdi· vel cum ortu3 domini āgelo nunciāte pastores celestis exercit9 sunt claritate circūdati vt nō ābigerent de maiestate pueri quē erāt in p̄sepe visuri· nec putarēt qd̄ in sola natā hoīs esset edit9· cui supne milicie famularet̄ occurs9

Sed hec atq alia huiusmodi· paucis tunc videtur inno tuisse personis· que vel ad cognacionem marie virginis vel ad sancti ioseph familiā pertinebāt· Hoc autē signuz quod magos in longinquo positos et efficaciter mouit· ad dominū ihesuz pseuerant attraxit illius sine dubio grē sacramentuz· et illius fuit vocacionis exordium· qua non in iudea tātum· sed eciā in toto mūdo xpi erat euāgelium predicāduz· vt p istā stellā que magoruz visui splenduit israhelitarū vero oculis non refulsit· et illuminacio signifi cata sit genciū et cecitas iudeorū· Permaēt igitur dilec tissimi sicut euidenter apparet misticorū forma gestoruz· et quod ymagine inchoabat· veritate cōpletur· Radiat namq e celo stella p graciā· et tres reges coruscacione euāgelici fulgoris acciti· in omnib9 quottidie nacionib9 ad adorādaz infanciam summi regis accurrūt· Herodes quoqz in diabolo fremit et auferri sibi iniquitatis sue re= gnū· in hijs qui ad cristū trāseunt ingemiscit· vnde si par uulos interficiat· ihesuz sibi videtur occidere· Quod vti qz facere sine cessacione molit dum primordijs renatorū spirituz sanctū eripere· et quandā tenere fidei velut infan ciam tēptat extinguere· Judei vero qui extra regnū cri sti esse voluerūt· adhuc quodāmodo sub herodis sunt prin cipatu· dominātē sibi saluatoris inimico alienigene ser uiunt potestati· quasi nesciāt pphetatū dicēte iacob· Nō deficiet princeps ex iuda dux de femorib9 eius donec ve niat cui reposita sunt· ipse est expectacio gēciū· Sed nō dum intelligunt quod negare non possunt· et mente non capiūt qd scripturarū narracione nouerūt qm̄ isanis ma= gistris veritas scād aluz est cecis doctoribus fit caligo qd lumen est· Respondēt itaqz iterrogati qd in bethlehē nascitur xpc· sciencia suā qua alios instruūt nō sequūt Perdiderunt igitur successionē reguz· placacionē hosti= arum· locum supplicacionū ordinem sacerdotum· Et cum omnia sibi clausa· omnia experiātur esse finita non vident

ca in cristum esse translata· Vnde quod illi tres viri vni=
uersarum genciũ psonam gerẽtes· adorato domino sunt
adepti· hoc in populis suis p fidem· que iustificat impios
totus mundus assequitᷣ· Et hereditatẽ domini ante secu
la pparatam accipiũt adoptiui· et pdunt qui videbanᷣ es
se legitimi· Resipisce tãdem iudee resipisce· et ad redemp
torem eciaȝ tuum deposita infidelitate conuertere· Noli
sceleris tui imanitate terreri nõ iustos crist9 sed peccato
res vocat· nec impietatẽ tuã repellit· qui pro te eum cruci
fixus esset orauit· Immitẽ crudeliũ patruȝ tuorum solue
sentenciam· neqȝ te eorum maledicto paciaris obstringi·
qui clamãtes de cristo sanguis eius sup nos ⁊ super filios
nostros· facin9 inte sui criminis transfuderũt· Redite ad
misericordẽ vtimini clemencia remittentis· Seuicia enim
vestre iniquitatis· cõuersa est in causaȝ salutis· viuit quẽ
perire voluistis· cõfitemini negatuȝ· adorate venditum·
vt vobis benignitas illius psit· cui vestra malignitas no
cere non potuit· Quod ergo ad veraȝ dilectissimi ptinet
caritatẽ· quã eciam inimicis nostris ex dominica erudici
one debem9 et optandum nobis est ⁊ studendũ vt hic po
pulus qui ab illa spiritali patrũ nobilitate defecit· ramis
sue arboris inseratur· Multũ eñ nos deo beniuolẽcia ista
cõmendat quia ideo delictũ illoruȝ nobis misericordie lo
cum fecit· vt eos ad emulacionẽ salutis recipiende fides
nostra reuocaret· nã vitam piorum non sibi solũ· sed eciã
aliis esse vtilẽ decet vt qd apd eos agi nõ pt vobis obtine
atur exẽplis· Cõsiderãtes itaqȝ dilectissimi ieffabilem er
ga nos diuoꝝ munerũ largitatẽ cooptoẽs sim9 grã dei
opantis i nobis non eñ dormiẽtib9 puenit regnũ celoꝝ·
nec ocio desidiaqȝ torpentibus beatitudo eterna ingeri
tur· sed quia sicut apostolus ait· si conpatimur et conglo
rificabimur illa nobis currenda est via· quam ipse domi=
nus se esse testat9 est· qui nobis nullis operum meritis suf
fragantibus· et sacramento consuluit et exemplo· vt in

adopcionem vocatos p illud proueheret ad salutem per
h' imbueret ad laborē · hic labor aūt dilectissimi pijs filijs
et bonis seruis non solum nec asper nec onerosus · sed eciā
suauis et leuis est dicente domino · Venite ad me omnes
qui laboratis et onerati estis · et ego reficiam vos · tollite
iugū meuȝ sup vos et discite a me quia mitis sum et humi
lis corde · et inuenietis requiē animabus vestris · iugū em
meum suaue est et onus meū leue · Nichil enim dilectissimi
arduū est humilibus nichil asperū mitibus · ⁊ facile omia
pcepta veniunt in effectū · quādo gracia pretēdit auxiliuȝ
et obediēcia mollit impiū · Intonāte enim quottidie au=
rib9 nostris eloquio dei · omnis homo quid diuine iusticie
placeat scire conuincit' sed quia iudiciū illud quo vnusq'sq'
q; recipiet put gessit siue bonū siue malū iudicaturi paci=
encia et benig'tate differt' impunitateȝ sibi iniquitatis cor
da infideliū pmittunt · ⁊ putāt humanoꝝ actuū q'litates
ad diuine puidēcie nō ptinere cēsuraȝ · quasi non euidētis
simis plerūq; supplicijs male gesta plectant' aut nō sepe se
celestiū cōminacionuȝ terror ostēdat · quib9 vtiq; ⁊ fides
monetur · et infidelitas increpat' · Inter hec autē pmanet
sup omnes benignitas dei et nulli misericordiā suaȝ dene
gat cum indiscrete vniuersis bona multa largitur · eosq;
quos merito subderet penis mauult iuitare beneficijs · Di
lacio enim vindicte dat locū penitēcie · nō tamen dici pō=
test nulla ibi est vlcio · vbi nulla cōuersio est · q' mens du
ra et ingrata iam sibiipsi supplicium est · et in consciencia
sua patitur · quicquid dei bonitate differtur · Nō ita igit'
delinquentes peccata delectent vt illos in suis actibus vi
te hui9 finis inueniat · quoniā nulla correctio est in inferno
nec datur remedium satisfactionis · vbi iam non superest
actio voluntatis · dicente propheta dauid · Quoniaȝ non
est in morte qui memor sit tui · in inferno auteȝ quis confi
tebitur tibi · fugiantur noxie voluntates · inimica gaudia
et d'sideria iā iamq; pitura · Quis fruct9 est queue vtilitas

ea indesinenter cupere· que eciam si non deserant deseren-
da sunt· Amor rerũ deficienciũ ad incorruptibilia trans
feratur·et ad sublimia vocatus animus celestibus delec-
tetur· Confirmate amicicias cum sanctis ãgelis intrate
in ciuitatem dei cui⁹ nobis spõdetur habitacio et patri
archis prophetis apostolis martiribus sociamini·vnde ꝛ
illi gaudent· inde gaudete· horum diuicias cõcupiscite
et per bonam emulacionez ad ipsorum ambite suffragia·
Cum quibus enim vobis fuerit consorciũ deuocionis·erit
et cõmunio dignitatis· Dum itaqȝ tempus vobis ad mã
data domini exequenda conceditur· glorificate deum in
corpore vestro·et lucete dilectissimi sicut luminaria in hoc
mundo·sint lucerne mencium vestrarũ semꝑ ardentes· et
nichil resideat in vestris corpibus tenebrosum· quoniã sic
ait apostolus· Fuistis aliquando tenebre·nunc autez lux
in domino· Impleanturqȝ in vobis que in triũ magorum
ymagine precesserunt· Et sic luceat lumen vestrum coram
hominibus· vt videntes opera vestra bona· magnificent
patrem vestrum qui in celis est· Sicut enim magnuz pec
catum est· cum inter gẽtes propter malos cristianos no
men domini blasphematur·ita magnum pietatis est me-
ritum cum eidem in sancta seruorum suoruz conuersacõne
benedicitur·cui est gloria in secula seculorum·

De eodem sermo sextus·

OIes dilectissimi quo primuz gentibus saluator
mundi cristus apparuit· sacro nobis honore ve
nerãdus est· et illa hodie cordibus vestris cõci-
piẽda sunt gaudia·q̃ in triũ magoꝝ fuere pectorib⁹·quã
do regem celi et terre signo et ductu noui sideris incitati·
quẽ crediderãt ꝓmissuȝ adorauere ꝯspicuũ·nec eñ ita ille
emẽs⁹ ẽ dies vt virt⁹ opis q̃ tũc ẽ reuelata trãsierit nichil
qȝ ad nos nisi rei geste fama puenerit·q̄ fides suscipet· et
memoria celebraret·cũ mltiplicat o mũere dei eciã nostra
quottidie experiãtur tpa· q̃cquid illa habuẽ primordia·

Quamuis ergo narracio euangelice lectionis illos ꝓprie recēseat dies· in quib⁹ tres viri quos nec prophetica pre dicacō docuerat nec testificacō legis istruxerat· ad cog noscendum deum a remotissima orientis pte venerūt· hoc idem tamen et manifestius nūc et copiosi⁹ fieri non omni um vocatorum illuminacione ꝑspicim⁹ quoniā impletur prophecia ysaie dicentis· Reuelauit dominus brachium sanctum suū in conspectu genciū et viderūt omnes gē tes salutem que a domino deo nostro est· et iterū· quib⁹ non est annunciatum de eo videbunt· et que nō audierūt intelligent· vnde cum hoīes munda ne sapiencie deditos et a ihesu cristi confessione longinquos· de ꝓfundo sui er roris educi· et ad cognicionem veri luminis cernimus ad uocari· diuine ꝓculdubio gracie splendor operatur et quic quid in cordibus tenebrosis noue lucis apparet· de eiusdē stelle radijs micat· vt mentes quas suo fulgore cōtigerit et miraculo moneat et ad deum adorandū p̄eundo perdu cat· Si eciā solicito intellectu velim⁹ aspicere quomodo eciā triplex illa species munerū ab omnib⁹ qui ad cristū gressu fidei veniūt offeratur· nonne in cordibus recte cre dencium eadē celebratur oblacio· Aurū enim de thesau ro animi sui ꝓmit qui ihesum cristum regē vniuersitatis agnoscit· mirrā offert qui vnigenitum dei credit verā si bi hominis vnisse naturam· et quodā eum thure venera tur qui in nullo ipsum paterne maiestatis imparem confi tetur· Hijs cōparacionibus dilectissimi diligenter inspec tis· inuenimus ēciā herodis non deesse personā· cui⁹ ipse diabolus sicut tunc fuit occult⁹ incentor· ita nūc quoqꝫ indefessus est imitator· Cruciatur enim vocacione gēciū et cotidiana potestatis sue destructione torquet̄· Hoīes vbiqꝫ se deseri· et verum regem in omnibus locis adora ri· parat fraudes fingit dissensiones· erumpit in cedes· et vt reliquijs eorū quos adhuc fallit vtatur inuidia vritur· in iudeis simulacione insidiatur in hereticis· seuicia accen

ditur in paganis. Videt enim insupabilem esse potenciā regis eterni cuius mors ipi9 vim mortis extinxerit. et ideo totā nocendi artem in eos qui vero regi famulantur armauit. alios per inflammacionē sciencie legalis obdurās alios p false fidei cōmenta depravās. alios vero in furorē persecucionis instigans. Sed hanc herodis istius rabiē ille vincit. qui eciā paruulos martirij gloria coronauit. et fidelibus suis tam inuictam indidit caritatē vt apostoli verbis audeant dicere. Quis nos sepabit a caritate xpi. tribulacio an angustia. an psecucio an fames an nuditas an periculum an gladi9 sic est scriptū. Quia ppter te mortificamur tota die estimati sum9 sicut oues occisionis. sed in hijs omnib9 superamus. ppter eū qui dilexit nos. Hanc fortitudinem dilectissimi. non illis tantū tempibus necessariam credimus fuisse. quibus reges mundi et omnes seculi potestates cruēta impietate in dei populū seuiebāt. cum ad maximā pertinere gloriam suaȝ ducerent. si d terris nomen cristianum auferrent. nescientes ecclesiam dei per furoreȝ sue crudelitatis augeri. quoniā in supplicijs et mortibus beatorum martiruȝ qui putabantur minimi numero. multiplicabant exēplo. Deniqȝ fidei nostre tm contulit ipugnacio psequenciū. vt nichil magis ornet regiū principatū. q̄ qd domini mundi mēbra sunt cristi. nec tā gloriantur quod imperio geniti q̄ gaudent qd in baptismate sunt renati. Sed quia tempestas priorum turbinuȝ conquieuit. et duduȝ cessantibus prelijs quedaȝ videtur arridere tranquilitas. vigilanter cauēda sunt illa discrimina que de ocio ipsius pacis oriūtur. Aduersarius enim qui in apertis inefficax persecucionibus fuit tecta nocendi arte deseuit vt quos nō perculit ictu afflictionis lapsu deiciat voluptatis. Videns itaqȝ resistere sibi principum fidem. et vnius deitatis insepabilem trinitateȝ nō segni9 in palacijs q̄ in ecclesijs adorari. iterdictā dolet cristiani sanguinis fusionē. et quorum obtinere non potest mortē.

impetit mores. Terrorem pscripcionuz in auaricie mutat incendium. et quos dampnis nō fregit in cupiditate cor rumpit. Malignitas enim longinquo vsu propria imbu ta nequicia non deposuit odium. sed vertit ingeniuz quo sibi mentes fideliuz blandius subdat. inflāmat enim con cupiscencijs. quos nō pt vexare tormētis. Serit discordi as accēdit iras incitat liguas. Et ne ab illicitis dolis cau ciora corda se reuocēt. consumandorū scelerū ingerit fa cultates. quia illi toci9 fraudis hic fruct9 est. vt qui imo lacione pecudū et thuris incensione nō colitur. quibusli bet ei criminib9 seruiatur. Habet igitur dilectissimi pax nr̄a pericula sua. et frustra de fidei libertate securi sunt q̄ viciorū desiderijs nō resistūt cor hominū d operū ostendi tur qualitate. et formas mencium species detegit actionū Nam sunt quidā sicut ait apostolus qui deuz profitentur se scire. factis autez negant. vere enim reatus negacione incurritur. quando bonum quod in sono vocis auditur in consciencia nō habentur. fragilitas enim cōdicionis hu mane facile in delicta plabit. et qr nullum sine delectacio ne peccatum est. cito acquiescitur deceptorie voluptati. Sed a carnalibus desiderijs recurratur ad spiritale pre sidium. et mens habens noticiam dei sui a consilijs se ma le suasi hostis auertat. profit illi paciencia dei nec ideo de linquēdi ptinacia nutriatur. quia vindicta differtur. Nō sit peccator de impunitate securus quia si tempus peniten cie amiserit locum indulgencie non habebit. dicente pro pheta. Quia non est in morte qui memor sit tui. in inferno autem quis confitebitur tibi. Qui autez sibi correctionis repacionem experitur esse difficilem. confugiet ad auxili antis dei clemenciam. et vincula male consuetudinis ab illo poscat abrumpi qui alleuat omnes qui corruūt. et eri git omnes elisos. Non erit vacua confitentis oracio. quo niam misericors deus voluntatem timencium se faciet et dabit quod petitur. qui dedit vnde peteretur. Per dn̄m

nostrum ihesuz cristum viuentem et regnantē cum patre et spiritu sancto in secula seculorum amen·

De eodem sermo septimus·

RErum memoria ab humani generis saluatore gestarum· magnam nobis dilectissimi confert vtilitatem·si que veneramur credita·suscipam9 imitanda· In dispensacionibus enim sacramētorū cristi et virtutes sunt gracie et incitamenta doctrine· vt quem confitemur fidei spiritu·operuz quoqꝫ sequamur exemplo Nam eciā ipsa primordia que dei filius p matrez virginē nascendo suscepit· ad prouectū nos pietatis istituūt· simul enim apparet cordibus rectis in vna eademqꝫ psona ⁊ humana humilitas·et diuina maiestas· Quem cune testant̄ infantem·celuz et celestia suū loquunt̄ auctorez·puer corporis parui·dominus et rector est mūdi·⁊ genitricis gremio continetur· qui nullo fine concludit̄· Sed in hijs nostrorū vulnerum est curacio et nostre deiectionis erectio Quia nisi in vnuz tāta diuersitas conueniret· reconsiliari deo natura humana non posset·legem ergo viuēdi remedia nobis nostra sanxerunt· Et inde data est moribus forma·vnde mortuis est impensa medicina·nec immerito·cū tres magos ad adorandum ihesum noui sideris claritas deduxisset·non eum imperātem demonibus· nō mortuos suscitantem·nec cecis visum·aut claudis gressuz·aut mutis eloquiuz reformātem vel in aliqua diuinaruz virtutū actione viderunt·sed puerum silentez·quietum·et sub matris sollicitudine constitutum· In quo nullum quidem apparet de potestate signum·sed magnum prebetūr de humilitate miraculuz· Ipsa itaqꝫ species sacre infancie cui se deus dei filius aptarat p̄dicacionem auribus intimandam oculis ingerebat· et quod adhuc vocis non proferebat sonus·visionis iam docebat effectus· tota enim vita saluatoris·que et diabolum superauit et munduz humilitate est cōcepta·humilitate est cōfecta· Dispositos dies

sub persecucione finiuit· nec puero tolerancia passionis· nec passuro defuit mansuetudo puerilis quia vnigenitus dei sub vna maiestatis sue inclinacione suscepit vt homo vellet nasci et ab hominibus posset occidi· Si igit̄· omnipotens deus causam nostram nimis malā humilitatis priuilegio bonā fecit· et ideo destruxit mortez et mortis auctorem· quia omnia que persecutores intulere non renuit· sed obediens patri crudelitates seuiencium mitissima lenitate tolerauit· quantum nos humiles· quantū oportet nos esse pacientes· qui si quid laboris incidim9· numquā nisi nostro merito sustinem9· Quis enim vt sapientissim9 testatur salomon gloriabit̄ castum se habere cor aut mūdum se esse a peccato· et dicente beatissimo iohanne· Si dixerim9 qr peccatū nō habem9, nosmetipsos seducimu9 ꝛ veritas nulla est in nobis· Quis enim inuenitur in tantum immunis a peccato siue a culpa vt in eo non habeat vel iusticia quod arguat, vel ipsa misericordia quod remittat· Vnde tota dilectissimi cristiane sapiencie disciplina· non in habūdancia verbi· non in astucia disputandi· neqꝫ eciā in appetitu laudis et glorie· sed in vera domini humilitate et voluntaria consistit· quam dominus ihesus crist9 ab vtero matris vsqꝫ ad suppliciū crucis pro omni fortitudine et elegit et docuit· nam cū discipuli inter se vt ait euāgelista disquirerēt· quis eorū esset maior in regno celoꝝ vocauit paruulum et statuit eum in medio eoruȝ et dixit eis· Amen dico vobis· nisi conuersi fueritis· ꝛ efficiamini sicut paruuli· non intrabitis in regnuȝ celorū· Quicūqꝫ ergo humiliauerit se sicut puer iste· hic maior erit in regno celorum· Amat cristus infanciā· humilitatis magistram· innocencie regulam· mansuetudinis formā· Amat crist9 infanciam maioruȝ q̄ diligit mores· ad quaȝ senū reducit etates et eos ad suum inclinat exemplum quos ad regnū sublimat eternum· Vt autem plene valeamus agnoscere quomodo apprehendi possit tā mira cōfessio· ꝛ in puerilē

gradum qua nobis imutacione redeundu3 sit· doceat nos beatus paul9 et dicat· Nolite pueri effici sensibus· sed malicia puuli estote· Non ergo ad lubrica infancie et ad imperfecta nobis primordia reuertendū est sed aliqd quod eciam graues ānos deceat· inde sumendū est velox cōmocionum transitus· citus ad pacē recursus· nulla memoria offensionis· nulla cupiditas dig̃tatis· amor socie dilectionis· equalitas naturalis· Magnū enim bonu3 est nocere non posse et ad maligna nō sapere· quia inferre ac referre iniuriā mundi huius prudēcia est· Nemini autē malum p malo reddere cristiane est equanimitas infācie· Ad hāc vos dilectissimi similitudinē puulorū misteriu3 hodierne festiuitatis inuitat· et hanc vobis humilitatis formā adorat9 a magis puer saluator insinuat· Qui vt imitatorib9 suis quid glorie pararet ostenderet· ortus sui tempe editos martirio consecrauit· vt in betlehem vbi crist9 nat9 est geniti pueri p cōmunionē etatis· consortes fierēt passionis· Ametur ergo humilitas et omnibus a fidelib9 vitetur elacio· Alter alterum sibi p̄ferat· et nemo quod suū est querat· sed quod alterius vt cum omnibus habundauerit affectus beniuolencie· in nullo vir9 inueniatur inuidie· Quoniā qui se exaltat humiliabit̃· et qui se humiliat exaltabitur· eodem ipso testante domino· Qui cum patre et spiritu sancto viuit deus p omnia secula seculoꝝ amē·

De eodem sermo octauus·

Causam dilectissimi et racionem solēpnitatis hodierne sepe vobis ⁊ euāgelica narracio ⁊ obseruancie consuetudo patefecit· et necesse est ita nūc que intra saluatoris nostri humana primordia gesta sunt replicari· vt d splēdore noui sideris de magis magorumq3 muneribus· de seuicia herodis· et de interfectione infancium differamus· cum sicut nostis et in stelle fulgore dei gracia· et in tribus viris vocacio gencium· et in rege impio crudelitas paganoꝝ· ⁊ ĩ occisione ĩfanciu3 martiꝝ

cunctorum forma precesserit· Sed quia i sacratissimo die reddendum expectacioni vestre est sacerdotalis sermonis officium nitamur vt possumus adiuuāte spiritu dei eo per intelligencie semitas puenire· vt cognoscamus sacramētum presentis festi ad omniuz fidelium tempora pertinere vt nullomodo habeatur insolituz· quod in dispēsacionuz ordine adorāt antiquum· Quāuis ergo omnis anima cristiana nichil indignuz habeat de dei filij maiestate sentire· et transcensis incipiētis fidei rudimētis opteat vnumquemqз ad sublimiora qqз proficere necesse est tamen infirmitatē mentis humane dum verum hominē accepit cristum de ipsa nature nostre cōmunione trepidare· et p inicia vel incremēta corporea ad agnicionem vni9 cum patre deitatis difficulter accedere· Sed vbi inter caligantes cogitaciones radi9 supne lucis refulserit tūc tātes fidei mores splendor veritatis abrumpat vt cor liberum et a visionibus absolutum· lumē intellgēcie tam ꝙ ducē stella sequatur quia sicut apostolus ait· Dominus ihesus cristus in gloria est dei patris· vt quez venerabatur in cunis humiliter iacentez· ipsum sine diffidencia adoret cum patre regnantem· Hec autem manifestacio dilectissimi que hesitanciuz nebulas dissoluit animarū et ita facit innotescere dei filium vt de hoc quod idē est eciā hominis fili9 nichil paciatur obstaculi· ad presentis festi ptinet dignitatem· et vera est infancia saluatoris· declaracio deitatis quādo carnis sens9 ab hūanis ad dina trāsferet vt quos de primūt expimēta ifirmitatū· erigāt sig virtutū qr tali auxilio et natura nostra indigebat et causa vt reperare humanū genus nec sine maiestate posset humilitas· nec sine humilitate maiestas· Iam ergo cum in singulorū fideliū profectibus diuinorꝝ elucet mandatorū custodia implet qз quod dictum est· sic luceat lux vestra coraz hominibus vt videāt opera vestra bona· et magnificēt patrē vestrū qui in celis est· quis illic nō presentē intelligat maiestatē

vbi veram videtã parere virtutē· que vtiqȝ sine deo nul
la est·nec ppͥetatez obtinet deitatis nisi spiritu sui vege
tetur auctoris· Dicente enim discipulis suis domino·sine
me nichil potestis facere· dubium nō est hominem bona
agentez ex deo habere et effectum opis et inicium volun
tatis· Vnde et apostolus copiosissimus fideliuȝ cohorta
tor· cum timore inquit et tremore vestram salutez opera
mini· Deus est enim qui opatur in vobis et velle et opera
ri pro bona voluntate· Et hec sanctis causa est tremendi
atqȝ metuendi· ne ipsis operibus pietatis elati· deseran
tur ope gracie·et remaneant in infirmitate nature· Qui
autem experiri cupit an in ipso deus habitet de quo dici
tur·mirabilis deus in sanctis suis sincero examine cordis
sui interiora descuciat·⁊ sagaciter querat·qua humilita
te resistat superbie·qua beniuolencia obluctatur inuidie
quãqȝ bonis delectetur alienis· an p malo nō cupiat ma
lum reddere· malitqȝ multas obliuisci iniurias q̄ p ymagi
nem et similitudinē sui cōditoris amittere·qui omnes ad
cognicionē sui generalib9 incitat donis pluit sup iustos
et iniustos et solē suuȝ sup bonos ⁊ malos oriri facit·ac ne
in multis laboret sollicite discrecōnis inspectio ipsaȝ ma
trem virtutum omniū caritatem in secretis sue mentis in
quirat·et si in ea dilectionem dei et pximi toto corde intē
te repperit· ita vt eciã inimicis suis eadē velit tribui que
sibi optat impendi·quisquis huiusmodi est·deum et recto
rem et habitatorē sui esse nō dubitet· Quem tãto magni
ficēcius recipit quãtomagis non in se sed in domino glo
riatur· quoniã quibus dicitur regnum dei intra vos est·
hij certe illius aguntur spiritu cuius reguntur imperio·
Scientes igitur dilectissimi quoniã caritas deus est qui
opatur omnia in oibus·sectamini caritatē· ita vt in vnuȝ
caste dilectionis affectuȝ vniuersorū fidelium corda con
currant·Transeuncia nos et vana non occupent·constã
ti dsiderio ad ea q̄ sunt semp mãsura tēdam9· Hac mētum

enim presentis festi oportet in nobis esse perpetuũ quod
vtiqꝫ sine fine celebrabitur si in omnibus actibus nostris
dominus ihesus crist9 appareat. Qui cum patre et spiri-
tu sancto viuit et regnat in secula seculorum amen.
De quadragesima sermo primus.
Hebreorum quondā populus et omnes israheliti
ce tribus. cum propter peccatorum suoruꝫ offē
siones graui philistinoruꝫ dominacione ꝑmerē
tur. vt supare hostes suos possent. sicut sacra manifestat
historia vires animi ⁊ corpis in dicto sibi preparauere ie
iunio. Intellexerāt eñ duram illam et miseraꝫ subiectio
nem neglectu se mādatorū dei ⁊ morū corrupcione meru
isse. Frustraqꝫ se armis certare. nisi pri9 vicijs repugnas
sent. Abstinentes ergo a cibo et potu seuere sibi castiga
cionis adhibuere censuram. et vt hostes suos vincerent
gule illecebrā in seipsis ante vicerunt. Factumqꝫ est hoc
modo vt seui aduersarij et graues domini esurientib9 ce
derent. quos sibi saturos subiungarant. Et nos itaqꝫ di
lectissimi inter multas aduersitates et preli a constituti. si
similibus remedijs vti cupimus simili obseruacione cure-
mur. Eadē eñ ꝓpe moduꝫ causa nostra est que illoꝝ fuit
quoniā sicut illi a carnalibus aduersarijs. ita et nos a spi
ritalibus inpugnamur inimicis. qui si donata nobis ꝑ dei
graciā morum correctione vincantur. corpeorum nobis
hostium fortitudo succumbet. et emendacione nostra in
firmabuntur quos graues nobis non ipsorum merita sed
nostra delicta fecerunt quapropter dilectissimi vt hostes
nostros supare valeamus per obseruanciaꝫ celestiuꝫ mā
datorum. diuinum queramus auxiliuꝫ. Scientes non ali
ter nos preualere posse aduersarijs nostris. nisi preualue-
rimus et nobis. Sunt enim intra nosmetipsos multa cer
tamina. et aliud caro aduersus spiritum. aliud aduersus
carnem spiritus concupiscit. in qua dissensione si cupidi-
tates corpis fuerint forciores. turpiter animus amittit

propriam dignitatē et perniciosum erit eum seruire quē decuerat imperare· si aūt mēs rectori suo subdita· et supnis muneribus delectata· terrene voluptatis īcitamēta calca uerit ꝛ in suo mortali corpe pctum regnare nō sinerit· ordinatissimū tenebit racio pricipatū et municōnes ei9 nulla spiritaliū nequiciaꝝ labefactabit illusio· qꝛ tunc est vera pax homīs· et ꝟa libertas· quādo ꝛ caro aīo iudice regit· et aīmus deo pside gubernat· Hec aūt pparacio dilectissimi licet oī tpe salubrit assumat vt puigiles hostes incessabili supent industria· nūc tamē sollicici9 expectāda est et studiosi9 instruēda· quādo ꝛ ipi subtilissimi aduersarij arciore īsidiant astucia· Scientes em̄ agē nos sacratissimos quadragesime dies· in quoꝝ obseruācia oēs pteri te desidie castigant· oēs negliēcie diluunt· ad hoc totaȝ vim sue malignitatis ītendūt· vt celebraturi sanctū pasca domini in aliquo inueniamur indigni· et vn̄ nobis obtinenda erat ꝓpiciacio inde contrahatur offensio· Accedentes ergo dilectissimi ad quadragesime iniciū idest ad diligenciorem domini seruituteȝ qꝛ quasi ad quendam agonem sancti operis introimus· ad pugnas temptacionum animos preparamus· et intelligamus quanto studiosiores ꝓ nostra salute fuerimus· tanto nos vehemencius ab aduersarijs impetēdos· Sed forcior est qui in nobis est q̄ꝫ qui aduersuȝ nos est· ꝛ p ipm̄ validi sum9 ī cui9 ꝟtute cōfidim9· qꝛ ob hoc se dominus tēptari a tēptatore pmisit· vt cui9 munim̄ auxilio· eiusdem erudiremur exēplo· Vicit em̄ aduēsariū vt audistis testimonijs legis· nō ptate ꝟtutis vt h̄ ipo et hoīem pl9 honoraret· et aduersariū pl9 puniret dū hostis gn̄is hūani nō solū quasi a deo sed eciā q̄si ab hoīe pugnaret ꝛ vinceret· Pugnauit ergo ille tūc vt ꝛ nos postea pugnarem9 vicit ille· vt ꝛ nos similit vincerem9· Nulla sunt em̄ dilectissimi sine tēptacōnū expimētis opa ꝟtutis· nll'a sine pturbacionibus fides· nullū sine hoste certamē· nulla sine congressione victoria·

vita hec nostra in medio insidiatorum· in medio preliorum est· si volum9 nō decipi pugnādū est· et ideo sapiētissim9 salomō· fili īquit accedens ad suitutē d ei ppara aīam tu am ad temptacionē· Vir em̄ sapiencia dei plen9 sciens stu diū religionis laborē habere certamis· cū puideret pu g ne piculū āte āmonuit pugnatuz· ne forsitā si ad igno ā tem tēptator accederet· impatū cici9 vulneraēt· Nos ita qz dilectissimi qui dinis instituci onib9 eruditi· ad agonē pn̄tis certamis sciēter accedim9· audiam9 dicentē apl̄m Nō est nobis colluctacio aduers9 carnē et sanguinē· sed aduers9 principes 7 ptates· aduersus rectores mūdi hui9 tenebrarz· cōtra spiritalia neqcie in celestib9· et nō igno rem9 quod hij hostes nr̄i cōtra se geri oīa senciūt· quecū qz nos p nostra salute agere tēptam9· et hoc ipo qd ali quid boni appetim9 aduersarios puocam9· hec em̄ inter nos atqz illos p diabolice iuidie fomitē iueterata dissen sio est· vt qui a nobis exciderūt· ad q nos deo auxiliāte p vehimur nr̄is iustificacōnib9 torqueant̄· Ubi ergo nos eri gimur illi corruūt si nos cōualescim9 illi ifirmātur· reme dia nr̄a plage ipoz sunt qr curacōne nr̄oz vulnez vulne rant̄· State ergo dilectissimi vt apl̄9 ait succicti lūbos mētis vr̄e in veritate· 7 calciati pedes in pparacōne euāge lij pacis· in oībus sumētes scutū fidei· in quo possitis tela maligni ignea extiguē· 7 galeā salutis assuite· et gladiū spūs qd est vbuz dei· Videte dilectissimi q̄ potētib9 nos telis· q̄ isupabilib9 munimētis dux nr̄is isignis triūphis et inuict9 xp̄iane milicie mgr̄ armauēit· succinxit lumbos baltheo castitatis calciauit pedes vincul pacis qr 7 distic tus miles cito ab ipudicicie incētore vincit̄ 7 nō calciat9 facile aserpēte mordetur· Scutum fidei ad protectionez tocius corporis dedit· capiti galeam salutis imposuit· dex terā gladio idest verbo veritatis instruxit· vt spiritalis preliator non solum sit tutus a vulnere· sed et repugnan tem valeat vulnerare· Hijs igit̄ dilectissimi freti armis

impigre atq; intrepide ꝓpositum nobis certamē ineam9
vt in isto ieiuniorum studio non eo tātum simus sine con
tenti. vt solā ciboꝝ abstinenciā putem9 esse sectandam.
paruum est em̄ si carnis substācia tenuatur et anime forti
tudo nō alitur. Afflicto paululū exteriore hoīe. reficiatᷣ
interior. ⁊ subtracta carnis saturitate corpea. spiritalib9
mēs delicijs roboretᷣ. Circūspiciat se omnis aīa cristiana
⁊ seuero examie cordis sui interna discuciat videat ne q̄d
sibi discordie inheserit. ne q̄d cupiditatis insederit. Incō
tinēciā castitas ꝓcul pellat mēdacij tenebras lux abigat
veritatis. q: os q̄d mētitur aīam mēcientis interficit. De
tumescat supbia. hūilitas reassumatᷣ. resipiscat iracūdia
cōminuantᷣ iacula noxarū. et obtrectacio ligue refrenetᷣ
cessent vindicte. et obliuioni dentᷣ iniurie. Omnis postre
mo plātacio quā nō plātauit pater celestis. radicitus au
feratᷣ. Tunc em̄ bene in nobis ꝟtutum semina nutriuntur
quādo de agro cordis nostri omē germē externū euellitᷣ.
Si quis ergo in quēpiā ita cupiditate vlcionis exarsit.
vt eū aut carceri traderet. aut vinculis alligaret. absolu
cionē nō solū insontis. sed eciā eius qui pena dign9 vide
tur acceleret. vt illa dominice oracionis regula fidenter
vtatur dicens. Dimitte nobis debita nostra sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris. Quā ptē; peticionū ita
dn̄s speciali insinuacione cōmendat. vt toci9 orōnis effec
tus in hac cōdicione cōsistat. Si em̄ iquit. dimiseritis ho
minibus peccata eoꝝ. dimittet ⁊ vobis pater vester qui i
celis est. si aūt nō dimiseritis hoībus peccata eoꝝ. nec pa
ter vester dimitet vobis pcta vestra Proinde dilectissimi
memores infirmitatis nostre. quia facile in quelibet delic
ta ꝓlabimur hoc potissimum remedium. et istā efficacis
simam vulnerum nostrorum curacionē nullatenus negli
gamus. Remittamus vt remittatur nobis. demus veniā
quā rogam9. et nō studeam9 vīdicari. qui nobis p̄camur
ignosci. paupum gemitus surdo nō transeam9 auditu. ⁊

misericordiā indigentibus prompta deuocione pstem9· vt misericordiā in iudicio inuenire mereamr̄· Ad quā pfec cionē qui studiū suū gracia dei adiut9 intēderit hic sanc tum ieiuniū fideliter paget· hic a fermento malicie vete ris alien9· in azimis sinceritatis et veritatis ad beatū pas ca pueniet· ⁊ p nouitatē vite digne letabitur in sacramē to reformacionis humane· Per cristum dominū nostrū·

De eodem sermo secundus·

Licet nobis dilectissimi appropinquāte festiuita te pascali· ieiuniū quadragesime ipē legitimi tē pis recurs9 indicat cohortacio tamē nostri smo nis eciā adhibēda est· q̄ auxiliāte domino nec inutilis sit pigris· nec onerosa deuotis· Nā cū omnē obsuāciam no stram racio istoꝝ dierū poscat augeri nemo est vt cōfido de vobis q̄ se ad op9 bonū nō gaudeat incitari· Natura em̄ nr̄a manente adhuc mortalitate mutabilis eciā si ad summa queq̄ ꝯtutū studia puehar̄· semp tamē sic potest habere quo recidat· ita pt̄ habere quo crescat· ⁊ hec est p fectoꝝ vera iusticia vt nūq̄ psumāt se esse pfectos· ne ab itineris nōdum finiti intēcione cessantes· ibi incidāt defi ciēdi piculū vbi pficiēdi dposuerūt appetitū· Quia ergo nemo nr̄m dilectissimi tā pfect9 est ⁊ sanct9· vt pfectior et sanctior esse nō possit· omēs siml' sine differēcia graduū· si ne discrecōne meritoꝝ ab hijs in q̄ puenim9· in ea q̄ nōdū apprehēdim9 pia auiditate curram9 et ad mēsurā cōsue tudis nr̄e necessarij aliq̄d addam9 augmēti· Paꝝ em̄ re ligios9 alio tempe dmōstrar̄· q̄ in hijs dieb9 nō rligiosior inuenir̄ vn̄ optune aurib9 nr̄is lectio apl'ice pdicacōnis in sonuit dicēs· Ecce nūc tēp9 acceptabile· ecce nūc dies sa lutis· Quid em̄ accepci9 ħ tempe· q̄d salubri9 hijs dieb9 in q̄bus bellū vicijs indicir̄· et omnium virtutū pfect9 au ger̄· Semp quidez tibi o anima xp̄iana vigilandum con tra salutis tue aduersariū fuit· ne vllus pateret loc9 tēp tatoris insidijs· Sed n̄ō tibi maior caucio et sollicicior

est assumenda prudencia· quando idē hostis tu9 acriore se uit inuidia· Nūc enim in toto mūdo potestas ei antique dominacionis auferť et inumera illi captiuitatis vasa ra piunť· Renunciať atrocissimo pdoni a populis omniū na cionū omniūqȝ linguaꝝ· et nulluȝ iā gen9 hominū repiť quod nō tirānicis legib9 reluctetur· dū p omēs fines ter re regenerāda in xpo multoꝝ miliuȝ milia pparantur· et appinquante noue creatē ortu spiritalis nequicia ab hijs quos possidebat extrudiť· Fremit ergo despoliati hostis impi9 furor· et nouū qrit lucrū qr ius pdit antiquū· Cap tat indefessus ꝛ puigil· si quas repiat oues a sacris gregi bus negligēci9 euagātes· quas p pcliua voluptatū et p deuexa luxurie i diuersoria mortis iducat· Inflāmat ita qȝ iras· nutrit odia acuit cupiditates· irridet cōtinenciā incitat gulā· Quē em̄ tēptare non audeat qui nec ab ipso dn̄o nostro ihū xpo conatuȝ sue fraudis abstinuit· Nā sic patefacit euāgelica historia cū saluator nr̄ post qdragi ta dieꝝ noctiūqȝ ieiuniuȝ infirmitatis nr̄e in se recepisset esuriē· gauis9 diabol9 signū in eo passibil' atqȝ mortal' se inueisse natē· vt exploraret potēciam quē timebat· Si fi lius iquit dei es· dic vt lapides isti paēs fiāt· Poterat vti qȝ istud omnipotēs ꝛ facile erat vt ad creatoris iperium in quā iuberet spēȝ cuiuslibet gn̄is creatura trāsiret sic cū voluit in cōuiuio nupciali aquā mutauit in vinuȝ· Sed h̄ magis salutiferis dispēsacionib9 congruebat vt nequis simi hostis astucia· nō potēcia deitatis· sed humilitatis mi sterio vinceret· Deīqȝ fugato diabolo· ꝛ omib9 artibus callidi tēptatoris elisis· accesserť ad dominuȝ āgeli ꝛ mi nistrabāt ei· Cōfundanť igiť filij diaboli atqȝ discipl'i· q repleti ispiracione viperea simplices quosqȝ dcipiunt ne gātes i xpo vtrāqȝ verā esse naturā dū aut deitatē homie aut homieȝ deitate despoliāt cū vni9 tēpis gemio documē to· vtqȝ falsitas sit pēpta qr ꝛ p famē corpis pfecta hūa nitas· ꝛ p famulātes āgelos demōstrata est pfecta dītas·

Quia ergo dilectissimi sicut redemptoris nostri magiste
rio edocti sumus· Non in solo pane viuit homo·sed in om=
ni verbo dei dignūq; est vt popul9 cristian9 in q̄ntacūq;
abstinēcia cōstitut9 magis desideret dei verbo q̄ cibo sa
ciari corporeo ꝓmpta deuocione et alacri fide suscipiam9
solempne ieiuniū·non in sterili inedia· quā plerumq; et in
becillitas corpis et auaricie morb9 indicit·sed in larga be
niuolencia celebrandum vt simus de illis de quibus veri=
tas ipsa dicit·Beati qui esuriūt et siciūt iusticiā·quoniā
ipsi saturabunt·Delicie igitur nostre sint opa pietatis·⁊
illis cibis qui nos ad eternitatē nutriunt impleamur·Le
temur in refectionibus paupuz· quos impendia nostra sa
ciauerūt· Iocūdemur in vestitu eorū· quorū nuditatē in
dumētis necessarijs texerim9·senciāt humanitatē nostrā
egritudines discubēcium· imbecillitates debiliuz et labo
res exiliū·destitucio pupillorū· et desolatarū lamenta vi
duarū·In quibus iuuādis·nemo est qui nō possit aliquā
exequi beniuolencie porcionez·Nulli enim puus est cēsus
cui magn9 est animus·nec de rei familiaris modo mēsura
pēdet pietatis·Num q̄ merito caret eciā in tenui facult a
te bone volūtatis opulēcia maiora quidē sunt impēdia di
uitū·et minora mediorū·sed nō discrepat fructus·operuz
vbi nō deest affect9 opanciū·In ista aūt dilectissimi exer
cēdaruz optunitate ꝟtutū sunt ⁊ aliarū insignia corona
rum quo nullo horreorū dispēdio nulla pecunie diminucio
ne capiant·si pellat luxuria·si abdicet ebrietas· et carnal'
cōcupiscēcia castitatis legib9 edomet· Si odia trāseant
in dilectionē·si inimicicie ꝯuertant i pacē·si trāquillitas ex
tinguat irā·si māsuetudo remittat iniuriā·si deiq; domino
rū atq; suorū tā ordiati mores sint vt illorū ptas micior ⁊
istorū sit disciplina deuocior· Hac igit obſuācia dilectissi
mi obtinebit misericordia dei·⁊ abolito pctorū reatu reli
giose venerādū pasca celebrabit· Hō ⁊ verbis romai pijs
simi impatores sancta ātiquit9 obſuacōe custodiūt qui

in honorē dominice passionis altitudinē sue potestatis in clinant et constitucionū suarum seueritate mollita. multarum culparū reos precipiunt relaxari vt in diebus quib9 mundus saluatur miseracione diuina. eciam ipsorū supne bonitatis imitatrix sit emulanda clemēcia. Imitētur ergo cristiani populi principes suos. et ad domesticā indulgenciam regijs incitentur exēplis. Non enim fas est priuatas leges austeriores esse q̄ publicas. remittantur culpe. vincula soluantur. deleantur offense. pareāt vlciones. vt sacra festiuitas p diuinam atq3 humanā benignitatem omnes letantes. omēs habeat innocētes. Per xp̄m dominū nr̄m.

De eodem sermo tercius.

Semper quidē nos dilectissimi. sapienter et sancte viuere decet. et in id volūtates nostras actionesq3 dirigere qd nouimus diuine placere iusticie. Sed cum hij appropinquāt dies quos illustriores nobis salutis nostre sacramēta fecerūt. diligenciore sollicitudine corda mundāda sunt. et studiosius exercenda est disciplina virtutū vt sicut ipsa misteria quadā sui parte maiora sunt ita et nostra obseruācia supet in aliquo cōsuetudinē suā et cui festiuitas est celebranda sublimior. ipse quoq3 in ea reperiatur ornacior. Si em̄ racionabile est et qd āmodo religiosū videtur p diē festū in vestitu nitidiori pdire et hitu corpali hilaritatē mētis ostendere. si ipsā quoq3 oracionis domum pensiore tūc cura et ampliori cultu q̄tum possumus adornamus nōne dignū est vt anima cristiana que verū viuūq3 dei templū est. spēm suam prudēter exornet et redēpcionis sue celebratura sacramētum omni circumspectione precaueat. vt nulla eā macula iniquitatis offuscet. aut duplicis cordis ruga dedecoret. nam q̄d prodest honestatis formam preferens cultus exterior. si interiora hominis aliquorū sordeāt cōtaminacione viciorum. Omnia igitur que animi puritatem et speculum mentis obnubilant abstergēda sedulo et quadā elimacione sunt

radenda· Scrutetꝰ quisque consciencia̅ suam·seq̄ʒ ante se statuat ꝓprij ce̅sura iudicij·videat si in secreto cordis sui illa̅ qua̅ cristus dat inuenit pace̅· Si desideriuʒ spu̅s vlla co̅cupiscencia carnis inpugnat·si humilia no̅ spernit·si alta appetit·si iniquo non delectatꝰ lucro· si imoderato reꝝ suaꝝ no̅ gaudet augme̅to si deniq̄ʒ aliena felicitate no̅ vritur·a̅ inimici miseria no̅ letatꝰ· Et cu̅ haruʒ pturbacionum nichili se forte repit sincero disq̄rat examie qualiu̅ cogitacionu̅ spe̅ freque̅tetꝰ ⁊ vtru̅ null' vanitatu̅ ymaginibus acq̄escat vel qua̅cito aim ab hijs q̄ noxie bla̅diuntꝰ abducat· Na̅ nullis illecebris moueri·null' cupiditatibꝰ titillari·no̅ est istiꝰ vite q̄ tota te̅ptacio est et q̄ nimiru̅ vincitur qui vinci ab eade̅ no̅ veretꝰ· Supbum est enim de no̅ pecca̅di facilitate p̄sumere· cu̅ hocipsum p̄sumpsisse peccatu̅ sit dice̅te beato ioha̅ne apostolo· Si dixerimus quia peccatum no̅ habemus·nosipsos seducimus et veritas in nobis no̅ est· Nemo igitꝰ se fallat dilectissimi nemo decipiat· neq̄ʒ ita quisq̄ʒ de cordis sui puritate co̅sidet vt putet se nullis te̅ptacionuʒ piculis subiacere·cu̅ peruigil ille temptator eos acrioribus pulset insidijs quos maxime viderit abstinere a peccatis· Na̅ a quo dolos suos co̅tineat qui ip̄m dominu̅ maiestatis ausus est calliditatis sue fraude te̅ptare· Viderat supbiam suaʒ baptisati ih̄u domini humilitate calcata̅· intellexerat quadragita dieru̅ ieiunio omneʒ co̅cupiscencia̅ carnis exclusam et tame̅ no̅ desperauit de artibꝰ sue malicie specialis inpbitas·tantumq̄ʒ sibi de nature nostre mutabilitate ꝓmisit vt que̅ veruʒ experiebatꝰ homine̅·p̄sume̅t posse fieri peccatore̅· Si ergo ab ip̄o domino et saluatore nostro decepcionu̅ suaꝝ diabolus non reuocauit insidias· q̄ʒtomagis fragilitate̅ nostra̅ impugnare p̄sumit·quos exinde vehemeciore odio et inuidia seuiore psequitꝰ· Ex quo ci in baptismo renu̅ciauiꝰ ⁊ ab illa cui domiabatꝰ origie i noua̅ c̄atura̅ dina reg̃nacoe̅ tra̅siuimꝰ Vnde quia dum mortali carne circumdamur· no̅ desinit

nobis hostis antiqu9 laqueos peccati vbiqz pretendere et tunc maxime aduersus cristi mēbra seuire· quādo ab eis sacraciora sunt celebranda misteria·merito doctrina spiritus sancti hac erudicione imbuit populum cristianū vt ad pascale festum quadragin·a dierum continencia se prepararet cuius purificacionis racio nos ad obseruāciam sue salubritatis inuitat·et diligenciam nos proposite castigacionis indicit·Quanto enim sanctius quisqz hos dies inuenitur egisse·tanto probabitur pasca domini religiosius honorasse·In diebus igitur sanctorū ieiunorum pietatis opera quibus semper studendum est habundancius exequamur· misericordes sim9 ad omēs maxime aūt ad domesticos fidei·vt in ipsis quoqz elemosinaruz distribucionib9 bonitatē patris celestis imitemur·qui solē suū oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos·Quāuis ergo fidelium p̄cipue sit adiuuanda pauptas·illi eciā tamē qui nondū eciaz euāgelium receperūt in suo labore miserādi sunt quia in omnib9 hominib9 nature est diligenda cōmunio·que nos eciaz hijs benignos debet efficere· qui nobis sunt quacumqz condicione subiecti maxime si eadē gracia iam renati et eodē sanguinis cristi precio sunt redempti·Simul em̄ et cū istis habem9 quod ad ymaginē dei conditi sumus·nec carnali origine a nobis·nec spiritali natiuitate diuisi sunt· eodez spiritu sanctificamur eadē fide viuim9 ad eadez sacramenta concurrim9· Nō spernatur hec vnitas·nec vilis sit nobis tāta cōmunio·sed hoc ip̄m nos p omnia faciat miciores qd eoꝝ vtimur subiectione cū quibus vni domino eadē subicimur seruitute·Si qui ergo horuz grauiorib9 dominos suos offēdere delictis indulgenciā nūc in dieb9 reconsiliacionis accipiant·auferat miseracio seueritatem·et venia deleat vlcionē·Nullū custodia teneat·nullū carcer includat·quoniā de9 nr̄ misericordiā suaz hac cōdicione pmisit·vt illi remittēda sibi nostz pcta ꝓpria q̄ remisit aliena·

Dissensionum materie dilectissimi et inimiciciaruz aculei conterantur· cessent odia· deficiāt simultates· in vnitate dilectionis omnia cristi membra cōueniant· Beati em̄ pacifici· quoniā filij dei vocabuntur· nec solum filij sed eciaz heredes· coheredes autem cristi· Qui viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus· per infinita secula se· amen·

¶ Sequitur de eodem· sermo quartus·

Predicatur9 vobis dilectissimi sacratissimū maximumq3 ieiunium quo apcius vtar exordio· q̄ꝑ vt verbis apostoli in quo cristus loquebatur incipiam· dicamq3 quod lectum est· Ecce nunc tempus acceptabile· ecce nunc dies salutis· Quāuis enim nulla sint tempora q̄ diuinis non sint plena munerib9· et semper nobis ad misericordiam dei per ipsius graciā prestet̄ accessus nunc tamē omniū mentes maiori studio ad spiritales profectus moueri et ampliori fiducia optet animari· quādo ad vniuersa pietatis officia illi9 nos diei in quo redempti sumus recursus inuitat vt excellēs sup omnia passionis dominice sacramentū· purificatis· et corpibus et animis celebremus· Debebatur quidem tantis misterijs ita incessabilis deuocio et cōtinuata reuerencia· vt tales pmaneremus in cōspectu dei q̄les nos in ipso pascali festo dignū est inueniri· Sed quia hec fortitudo paucorum est· et dū fragilitate carnis austerior obseruancia relaxatur· dūq3 per varias actiones vite huius sollicitudo ostenditur· necesse est de mundano puluere eciā religiosa corda sordescere magna diuine institucionis salubritate puisum est· vt ad reparandā menciū puritatem· quadraginta nobis dierum exercitacio mederetur in quibus aliorum tempm culpas et pia opera redimerent· et ieiunia casta decoquerent· Ingressuri igitur dilectissimi dies misticos· et purificandis animis atq3 corporibus sacraci9 institutos· preceptis apostolicis obedire curemus· emundātes nos ab omni inquinamento carnis et spiritus· vt castigatis col

luctacionibus que sunt inter vtramq; substanciã· anim9
quem sub dei gubernaculis constitutum corpis sui decet
esse rectorem· dominacionis sue obtineat dignitatẽ vt ne
mini dantes vllam offensionẽ vitupacionibus obloquen
cium simus obnoxij· Digna enim ab infidelibus repreben
sione carpemur ⁊ nostro vicio lingue impie i iniuriã se reli
gionis armabunt si ieiunancium mores a puritate perfec
te continencie discreparint· Non enim in sola abstinen
cia cibi stat nr̃a summa ieiunij· aut fructuose corpori esca
subtrahitur· nisi mens ab iniquitate reuocetur et ab ob
trectacionibus lingua cohibeatur· Hic ergo nobis eden
di est moderanda libertas· vt eciã alie cupiditates eadẽ;
lege frenentur· Mansuetudinis et paciencie pacis et trã
quillitatis hoc tempus est· in quo exclusa omniũ contami
nacione viciorũ; perpetuitas est nobis obtinenda virtu
tum· Nũc piarum menciũ fortitudo donare culpas negli
gere contumelias et obliuisci assuecat iniurias· Nunc fi
delis animus per arma iusticie a dextris se exerceat et sini
stris· vt per gloriam et ignobilitatem· per infamiã; et bo
nã famã· securam consciencia; nec laudes inflent· nec ob
probria defatigent· Religiosorum modestia nõ sit mesta
sed sancta nec inueniantur in eis vllarũ murmura quere
larum quibus nunq̃ desunt sanctorũ; solacia gaudiorũ;
Non timeatur inter opa misericordie diminucio facult
tum· semper diues est xp̃iana paupertas· qr est pl9 quod
habet q̃ quod non habet nec pauet in isto mũdo indigẽ
cia laborare· cui donatum est in omniũ rerũ; domino oĩa
possidere· Operantibus ergo que bona sunt non est omi=
no metuendum ne eis desit facultas opandi· cũ et in duo
bus nummis euãgelice illius vidue sit laudata deuocio·
et pro calice aque frigide premiũ habeat gratuita largi
cio· Ex affectibus enim piorũ benignitatis mensura taxa
tur· et nunq̃ eum miserendi efficacia deserit in quo mise
ricordia ipã nõ d̃fecit· Expta est hoc vidua illa de sarepta

que beato helie in tempore famis vnius diei cibum quem soluz habebat apposuit· et prophete esuriē necessitati sue preferens· exiguū farine ac pusillum olei incunctanter expendit sed non ei defuit quod fideliter erogauit· et in vasis pia effusione vacuatis· fons noue vbertatis exort9 est· vt sanctis vsibus non minueretur eius substancie plenitudo cuius nō fuerat formidata defectio· Hijs autē studijs dilectissimi ad que vos volūtarie confidim9 preparatos· non ambigitis diaboluz· qui omniū virtutuz est aduersarius inuidere· et ad hoc vim sue malignitatis armare· vt pietati laqueos de ipsa pietate pretendat· et quos nō potuerit deicere p diffidenciā· conetͬ supare p gloriā· quia difficile est vt laudabiliter viuentē· laus humana non capiat· nisi vt scriptum est· Qui gloriatur in domino glorietur· Cuius vero ille hostis nequissim9 non audeat īpugnare propositū· cui9 nō appetat violare ieiuniū· quando versucias suas sicut euāgelica lectione patefactū est· nec ab ipso mūdi saluatore cōtinuit· Expauescēs enim in eo quadraginta dierum noctiumqꝫ ieiuniū explorare callide voluit vtrum hāc continenciā donatam haberet an propriā vt non metueret dāpnacionum suarum opera resoluenda si cristus eius esset condicionis cui9 ⁊ corpis· Primo itaqꝫ dolo scrutatus est an ipse esset substanciaruz creator· qui rerum corpeaꝝ posset in quas vellet mutare naturas Secundo an sub humane carnis specie diuinitas obumbrata tegeretur cui facile est paruum sibi aerez facere et terrena per vacuū membra librare· Sed cum illi domin9 iusticiam maluisset opponere veri hominis· q̄ꝫ potenciam manifestare deitatis· ad hoc cōuertit tercie fraudis ingenium· vt eum in quo diuine potestatis signa cessauerant dominādi cupiditate tēptaret· et ad veneracionē sui mūdi regna pollicendo traduceret· Sed prudenciā diaboli stultam fecit sapiencia dei vt superbus hostis hominez videns quē aliquando supauerat nō metueret eū psequi·

quem pro omnibus oportebat occidi. Huius igitur aduer sarij dolos non solum in illecebris gule sed eciam in propo sito abstinencie caueamus. Qui enim sciuit humano gene= ri mortem inferre per cibum. nouit per ipsum nocere ieiunium et ad contrarie fraudis effectum sicut per serpentem intu lit interdicta presumi ita per famen suadet concessa vitari Vtilis quidem est continencia que parco assueta victu de liciarum cohibet appetitum. Sed ve illorum dogmati apud quos eciam ieiunando peccatur. Dampnant enim creatura rum naturam in creatoris iniuriam et contaminari edentes asserunt hijs quorum non deum sed diabolum conditorem esse definiunt resultantes dicente apostolo. Omnia mun da mundis coinquinatis et infidelibus nichil est mundum sed inquinata sunt et mens eorum et consciencia. Vos autem dilectissimi catholice matris sancta generacio quos in scola veritatis spiritus sancti erudiuit. libertatem vestram congrua racione moderamini. scientes quoniam bonum est eciam a lici tis abstinere. et cum castigacius viuendum est. ita discernere cibos vt vsus eorum semoueatur non natura dominetur. Nulla vtique nos contagionis huius aspergat impietas que sua maxime obseruan cia polluuntur. seruientes creature pocius quam creatori. et luminari bus celi stultam abstinenciam deuouentes quos nemo ambigat es se manicheos. qui in honorem solis et lune in dominico die ac secunda feria deprehensi sunt ieiunare. Vno enim peruersita tis suo opere bis impij. bis prophani sunt. qui ieiunium suum ad siderum cultum. et ad resurrectionis cristi instituere con ceptum. Abdicant enim se sacramento salutis humane et cristum dominum nostrum sicut in veritate carnis nostre de negant natum ita vere mortuum et resurrexisse non cre= dunt. et obhoc diem leticie nostre ieiunij suo merore con dempnant. Cumque ad tegendum infidelitatem suam nostris audeant interesse misterijs ita in sacramentorum comunio ne se tempant interdum vt tucius lateant. ore indigno cri sti corpus accipiunt. sanguinem autem redempcionis nostre

h aurire omino declinant. Quod ideo vestram scire volu
mus sanctitatem vt vobis huiusmodi homines eciaz hijs
manifestentur indicijs. et quorum depbensa fuerit sacri=
lega simulacio. notati et proditi a sanctorum societate pel
lantur. de talibus enim beatus apostolus paulus ecclesi=
am dei puide monet dicens. Rogam9 autem vos fratres
vt obseruetis eos qui dissensiones et offēdicula pter doc
trinā quam didicistis faciunt. et declinate ab hijs. Huius
modi enim cristo domino nostro nō seruiūt. sed p dulces
sermones et benedictiones seducūt corda innocencium.
Hijs ergo dilectissimi āmonicionibus nostris quas auri=
bus vestris contra execrabilem sectam frequenter ingessi
mus. sufficiēter instructi. sanctos quadragesime dies pia
deuocione suscipite. et ad promerendā misericordiā dei
per opa vos misericordie preparate. Irā extinguite odia
deponite vnanimitatem diligite. et sinceris officijs inui
cem preuenite. Seruis cum equitate dominamini. null9
eorū aut claustris crucietur aut vinculis. Cessent vindic
te. remittantur offēse. seueritas lenitate. indignacio mā
suetudine discordia pace mutetur. Omnes vos modestos
omnes placidos omnes experiantur benignos vt ieiunia
nostra accepta sint deo. Cui ita demum sacraficiuz vere
abstinencie et vere pietatis offerimus si nos ab omni ma
licia continem9. Cum inimicis autē crucis cristi nulla cō
sensione iungamur. ne impioruz cōsorcio sanctitas fideliū
polluatur. lux sepetur a tenebris. et fugiant filios diabo
li filij lucis. In templum eñ domini quod est ecclesia cri
sti nichil contaminatum inferri. nichil phanuz oportet
admitti vt omī inmūdicia a penetrabilib9 cordis exclusa
sanctificetur ieiunium nostruz et sim9 eternum habitacu
lum sancti spiritus. qui nos a peccatorum sordib9 emun
datos. et possidere semper dignetur et regere. Secunda
igitur et quarta feria et sexta ieiunemus. Sabato autē
apud beatum petruz apostolum vigilias celebrem9. Qui

commendati sibi gregis curam habere non desinens· custodiam nobis de suis precibus obtinebit·

De eodem sermo quintus·

APostolica dilectissimi doctrina nos ämonet vt deponentes veterē hominez cum actibus suis de die in diez sancta cōuersacione renouemur· Si enim tēplum dei sumus et menciuz nostrarū spiritus sanctus habitator est dicente apostolo vos eniz estis templū dei viui·multum vobis vigilācia labor andū est vt cordis vestri receptaculum·tāto hospite non sit indignum·Et sicut in domibus manufactis in laudabili diligencia prouidetur vt si quid aut infusione ymbrium aut turbune pcellarum·vel ipsa fuerit antiquitate corruptum·in integruz cura restituat·ita iugi oportet sollicitudine precaueri·ne quid in nostris animis incōpositum·ne quid inueniatur immundum·Quāuis enim edificiū nostrum sine ope sui non subsistat artificis·nec fabrica nostra esse possit incolumis nisi ei ptectio pfuerit cōditoris·tamez quia racionabiles lapides sumus et viua materies sic nos auctoris nostri extruxit manus· vt cum opifice suo eciā is qui reparat operetur·Gracie igitur dei obediencia se humana nō subtrahat nec ab illo bono fine quo non potest bona esse deficiat· At si quid sibi possibile aut arduum in mādatorum effectibus experitur·non in se maneat·sed ad iubentē recurrat·qui ideo dat pceptum vt excitet desideriū et prestet auxilium dicente propheta· Iacta in deum cogitatum tuum·et ipse te enutriet·An forte quisquam ita in solenter superbit·ita se illesuz·ita in maculatuz esse psumit· vt nullius iam renouacionis indigeat·Fallitur prorsus ista psuasio et nimia vanitate veterascit· quicumqz inter tēptaciones istius vite ab omni se vulnere credit immunem·plena omnia piculis plena sunt laqueis·Incitant cupiditates· insidiantur illecebre blandiunt lucra·dampna deterrent Amare sunt obloquenciuz lingue··nec semp veracia sunt

ora laudanciū. Inde seuit odium. hinc decipit mēdax officium. vt facilius sit vitare discordem. q̄ declinare fallacem. In ipsis autē virtutibus obtinēdis tam dubius modus. et tam incerta discrecio est vt si quisq̄ inter bonorum malorumq̄ confinia. subtilissimi discriminis potuerit seruare mensuras. difficile fit vt bene sibi cōsciam probitatē obtrectācium lingua nō mordeat. et iniquorum euadat opprobria. cui est amica iusticia. Iā cū ad ipās rerū tēpaliū varietates cogitacio hūana cōuertit. q̄nte se opponūt caligines quāti prauarū opinionum oboriunt errores. vt de obiecto cōtrariorū sumat materia q̄relarum. Nā licet omniū fideliū corda nō dubitēt. nullis mūdi hui9 ptib9 nullisq̄ temporibus puidenciam abesse diuinā nec de stellarū potestate que nulla est secularium negociorum pendere puentus sed equissimo et clementissimo summi regis arbitrio cuncta disponi. quoniā sicut scriptum est. vniuerse vie domini misericordia et veritas tamē cum quedā non secundum desideria nostra pcedunt et sub humani errore iudicij superior est. plerumq̄ iniqui tam q̄ iusti. vicium nimis atq̄ cōtagium est. vt eciā magnanimos ista concuciāt et in aliquos illicite causacionis murmur impellāt. Siquidē istis varietatibus eciā excellentissim9 pphta dauid vsq̄ ad piculum se turbatum profitetur et dicit. Mei autem pene moti sunt pedes. pene effusi sunt gressus mei. quia zelaui in peccatoribus pacem peccatorum vidēs. Vnde quia paucorum est tā solida fortitudo. vt nulla inequalitatum pturbacione quaciātur et multos fidelium nō aduersa tātum. sed eciā secunda corrumpāt. sanādis vulnerib9 quibus humana infirmitas sauciatur diligens est adhibenda curacio. Ideo enim de piculis quibus mundus plen9 hic est quedā breuiter pcucurri. vt dicēte scriptura q̄uis gloriabitur castum se habere cor aut mundum se esse a peccato. omnes sibi intelligant delictorum indulgenciam et reparacōnis necessariam esse medicinam. Quando aūt

dilectissimi oportunius ad remedia diuina decurrimus·
quā cum ipsa nobis sacramēta redempcionis nostre tem
porum lege referuntur·que vt dignius celebremus salu=
berrime ieiunio nos quadraginta dierꝝ preparemus· Nō
enim hij qui per mortis cristi resurreccionisqꝫ misteriū· in
nouam vitā baptismo regenerāte sunt venturi·sed eciam
omnes populi renatorꝝ vtiliter sibi et necessarie p̄sidium
huius sanctificacionis assumunt· illi vt que nōduꝫ habēt
accipiāt·isti vt accepta custodiant· Dicente namqꝫ apo
stolo·qui stat videat ne cadat· nemo est tanta firmitate
suffult9·vt de stabilitate sua debeat esse secur9· Vtamur
igitur dilectissimi huius tempis venerabilib9 institutis ⁊
sollicicciore cura cordis nr̄i piacula tergam9· Quātumli
bet enim caste et sobrie mortalis hec vita ducat̄· quodā
tamen puluere terrene cōuersacionis aspergitur· ⁊ nitor
mencium ad dei ymaginē conditarum nō ita a fumo toci
us vanitatis aliena est·vt nulla possit sorde fuscari·et nō
semp indigeat expoliri· Quod si eciaꝫ cautissimis animis
necessarium est quāto illis amplius est expetenduꝫ qui to
ta forte anni spacia aut securius aut negligencius tran
sierunt·quos caritate debita cōmonem9 vt non ideo sibi
met blandiant̄ qꝛ nobis cōsciencie singulorꝝ patere non
possunt· cum oculos dei scimus vniuersa cernentes· non
abdita locorꝝ non parietum septa secludāt·nec solum ei
acta et cogitata·veruꝫ et agenda et cogitāda sint cogni
ta· Ista ergo sciencia summi iudicis iste est tremend9 as
pectus·cui puium est omne solidum et aptum omne secre
tum·cui obscura clarent·muta respōdent· silenciuꝫ cōfite
tur·et sine voce mens loquitur· Nemo pacienciam boni=
tatis dei de peccatorꝝ suorum impunitate contempnat·
nec ideo illum estimet non offensum· quia nōdum est exp
tus iratuꝫ· Non sunt longe vite mortalis inducie nec diu
turna est licencia insipiencium voluptatum in eternaruꝫ
dolorē trāsitura penaruꝫ·si dum iusticie sentēcia suspēdit

penitencie medicina non queritur· Confugiam9 ergo ad presentē vbiqȝ misericordiā dei· et vt sanctū pasca domi ni digna obseruācia celebretur cunctoꝝ se fideliū corda sanctificent· mitescat seuicia· māsuescat iracundia· remit tant sibi omnes culpas inuicē suas· nec exactor sit vindic te qui petitor est venie· dicentis enim· dimitte nobis debi ta nostra sicut et nos dimittimus debitorib9 nostris du rissimis vinculis nos illigamus nisi quod ꝯfitemur imple amus· vnde si oracionis huius sacratissimū pactum nō to ta sui condicione seruatuȝ est nunc saltē conscienciā suā vnusquisqȝ cognoscat et alienis ignoscendo delictis· ab solucionē suoꝝ obtineat peccatorū· Dicente nāqȝ domi no si dimiseritis hominib9 peccata eorū dimittet et vobis pater vester qui in celis est delicta vestra nō longe est ab vnoquoqȝ quod poscit cū de benignitate supplicis senten cia pēdeat iudicantis· qui humanaruȝ precū misericors et iustus auditor equitati sue de nostra lenitate ꝑscripsit vt non haberet in eo ius seueritatis quos non inuenisset cupidos vlcionis· Clementes autē atqȝ mites aīos eciaȝ largitas decet· nichil em̄ est digni9 ꝙ vt homo sui sit imi tator auctoris· et secundum modū proprie facultatis di uini sit opis executor· Nā cū aluntur esurientes· vestiunt̄ nudi· fouentur infirmi· nonne auxilium dei manus explet ministri· et benignitas serui munus est domini· qui cū ad effectus misericordie sue adiutore non egeat· ita suā om nipotenciaȝ tēperauit· vt et laboribus hominuȝ p homi nes subueniret· et merito deo gracie referrentur de pie tatis officijs cuius opa viderētur in famulis· ꝓpter quod ipse dominus discipulis ait· Sic luceāt opa vestra coraȝ hominibus· vt vidētes opa vrā bona magnificent patrem vestrum qui in celis est· ¶ De eodem sermo sextus·

SEmp quidem dilectissimi misericordia domini plena est terra et vnicuiqȝ fidelium ad colendū deum ipsa reruȝ natura doctrina est· dū celum

et terra·mare et omnia que in eis sunt bonitatez et omni
potenciam sui ꝓtestant̄ auctoris· et famulanciū elemēto
rum mirabilis pulchritudo iustā ab intellectuali creatu=
ra graciarū exigit actionē· sed cū ad istos recurrit̄ dies
quos specialiꝰ repacionis humane sacramēta signarunt
et qui vicino ordine atqꝫ cōtiguo festū pascale p̄cedūt
diligenciꝰ nobis p̄paracio religiose purificacionis indi=
citur Quāuis em̄ in quolibet tempe innocens sit vita mul
torū· et plurimos deo bonoꝝ actuū cōsuetudo cōmendet
nō adeo tamē de cōsciencie integritate fidendum est vt
humana fragilitate inter scādala tēptacionesqꝫ degēte
nichil potuisse arbitremur quod lederet eā incidere cum
ꝓpheta excellētissimꝰ dicat· Quis gloriabitur castum se
habere cor·aut munduz se esse a peccato·et iteꝝ· Ab oc
cultis meis munda me domine et ab alienis pce huo tuo·
Si autē qđ expimentis ꝓbatur talis cōdicio est eoꝝ qui
cōcupiscencijs renitunt̄ qui iracundie motibus reluctan
tur· et ipaꝝ cogitacionuz archana castigant· vt nunꝙ
possint in cordibus suis nō inuenire quod repbent·et sepe
aut fallant̄ occultis·aut grauētur alienis· que in alijs vi
cia·que egritudines·quātaqꝫ sint vulnera· quibus au ste
rior sit adhibēda medicina vt illius sacramēti p quod sol
uuntur opa diaboli nō inueniātur alieni· Pascalis quip
pe festiuitatis hoc ꝓpriū est vt tota ecclesia gaudeat re
missione peccatoꝝ que nō in eis tantū fiat qui sacro bap
tismate renascunt̄· sed eciam in eis qui dudum in adopti
uoꝝ sorte dinumerabant̄·quāuis em̄ pricipaliter nouos
homines faciat regeneracōnis ablucio quia tamē supest
omnibus cōtra rubiginē mortalitatis quottidiana reno
uacio·et inter ꝓfectuuz gradus nullus est qui non semper
melior esse debeat generaliter ānitenduz est vt in die re
dēpcionis nemo iueniat̄ in vicijs vetustatis· Quod ergo
in omni tempe dilectissimi vnumquenqꝫ conuenit facere
cristianum·id nunc sollicicius ac deuocius exequatur vt

apostolica institucio quadraginta dierum ieiunijs imple
atur· nō ciboꝝ tantūmodo pcitate· sed priuacione maxie
vicioꝝ· Nam cum ad hoc castigacio ista sumatur vt car
naliū desiderioꝝ fomites subtrahant̄· nullū magis sectā=
dum est cōtinencie genus q̄ vt semp simus ab iniusta vo
luntate sobrij et ab in honesta ieiuni actione· Que deuo·
cio non omittit egros· nō secernit inualidos quia eciā in
languido atq; inutili corpe potest anime integritas repi
ri si vbi fuit sedes puitatis ibi cōfirment̄ fundamenta vir
tutis· Et ideo infirme carnis ista sufficit egritudo que se=
pe mēsurā volūtarie afflictionis excedit tantū vt mēs offi
cij sui impleat ptes et que corpea epulacione non vtitur·
nulla iniquitate pascatur· Racionalibus aūt sanctisq; ie
iunijs nulla vtilius q̄ elemosinarū opa copulant̄· q̄ vno
misericordie nomine multas laudabiles pietatis cōtinēt
actiones· vt omniū fideliū pes animi esse possint· eciā int̄
impes facultates· dilectio eñ que simul deo hominiq; de
betur· nullis vnquā ita impediat̄ obstacul' vt nō ei semper
bene velle sit liberū· Dicentibus quippe āgelis gloria in
excelsis deo· et in terra pax hominibus bone volūtatis· nō
solū virtute beniuolēcie· sed eciā pacis bono beatus effi=
citur quicūq; alijs quacūq; miseria laborantib9 caritate
cōpatitur· Latissima ergo sunt opa pietatis· que ipsa sui
varietate id veris conferūt cristianis· vt in distribucione
elemosinarū non solum diuites et habūdantes sed eciam
mediocres et paupes suas habeant porciones· et qui lar
gitatis sunt viribus inequales mentis tamē affectione si
miles sint· nam cū sub oculis domini multi in gazophila=
cio ex opulencia sua multa conferrēt· vidua quedā duos
intulit nummos· et tali ihesu cristi testimonio meruit co=
ronari· vt in tā puo muneris modo· omniū collacioni fue
rit condigna pferri· quia inter magna eoꝝ dona quibus
multa residebant· illius quod fuit exiguū fuit totū· Si
vero aliquis tante pauptatis coartatur angustijs vt nec

ad duo era inopi imparcienda sufficiat· habet in precep
tis domini vnde impleat bone voluntatis officium· Si=
quidem si sicienti pauperi calicem aque frigide ministra=
rit·mercedem sit sui operis adepturus· tota seruis suis do
mino ad obtinendum regnum suum preparante compen
dia·vt eciam prebicio aque cuius vsus gratuit9 atq3 cõ
munis est premio nõ careret· quod ne vlla intercluderet
difficultas de aqua frigida forma est proposita pietatis
ne putaret se mercede cariturum· cui de calefactione po
tus lignorum impendium defuisset· de quo tamen calice
non frustra ammonet dominus vt in nomine ipsius prebe
at̃·quia hec que per se sunt vilia·fides efficit preciosa· et
que ab infidelibus ministrantur· eciam si fuerint sumptu
magna omni tamen iustificacione sunt vacua· Celebra
turi igitur dilectissimi pasca domini ita vos sanctis exer=
cete ieiunijs vt ab omnibus perturbacionibus liberi· ad
festa sacratissima veniatis·superbie spiritus· de quo sunt
omĩa orta peccata humilitatis amore pellatur· et qui ela
cione tumuerant mansuetudine mitigentur·Quorum ve
ro animos aliqua exasperauit offensio reconciliacione si
bimet in vnitatem studeant redire concordie nemini ma
lum pro malo reddentes et donãtes inuicem vobis sicut
crist9 donauit nobis·humanas inimicicias pace delete·
Si quis de subditis vestris aut claustra custodie·aut vi
cula meruerunt misericorditer relaxentur· vt qui quotti
die indulgencie remedijs indigemus non difficulter pec
catis ignoscamus alienis·dicentes enim ad dominu3 pa
trem nostrum·dimitte nobis debita nostra sicut et nos di
mitimus debitoribus nostris certissimu3 est quod cũ alio
rum delictis veniam tribuimus·nobis diuinam clemen=
ciam preparemus· Per dominum nostrum ihesum cristũ
qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat per omnia
secula seculorum amen·

VIrtus dilectissimi et sapiẽcia· De eodẽ s̃mo vij·

fidei cristiane· amor dei est et amor proximi· neqz vllo caret pietatis officio· cui studiū ē colē deū ꝛ iuuare cōseruum Harum autem affectionum duplex vnitas omni quidem tempore est exercenda et proficienter augenda· sed nunc incrementis amplioribus dilatanda· vt quadragita dierum ieiunium quod festi pascalis est preuium· interiorem cordis auditum illius vocis instar moneat· qua verbis ysaie prophete iohannes baptista decebat· Parate viam domini rectas facite semitas eius· Siue enim illam partem populi cogitemus que dudū certamina euangelici agonis ingressa per spiritalis stadij cursum indefinēter tēdit ad palman· siue illam que letalium conscia peccatorū pro reconciliacionis auxilium festinat ad ueniam· siue illam quē sancti spiritus regeneranda baptismate· vetustate adā exui· et cristi cupit nouitate vestiri apte et vtiliter omnibus dicitur· Preparate viam domini rectas facite semitas eius· Que autem vie domini· queue sint semite eiusdē predicatoris cohortacione discamus· qui diuine gracie opera et dona promittens· futuram commutacionum reserabit effectus addens sentenciam prophetici sermonis et dicens· Omnis vallis implebitur· et omnis mons ꝛ collis humiliabitur· et erūt praua in directa· et aspera i vias planas· vallis itaqz mansuetudinem humilium· mons et collis elacionem indicat superborum· sed quia sicut veritas dicit· qui se humiliat exaltabitur· et qui se exaltat humiliabitur· merito et vallibus ad implecio et montibus est annunciata depressio· vt plana nichil offēsionis· et directa nichil habeant prauitatis· Quamuis enim āgusta et arta sit via que ducit ad vitam· non tamen difficulter incedit· quē caritas confirmat ꝛ pietas· nec caret dlectacōe gradiēdi cuius iter efficit virtutū petra solidū· nō viciorū arena succiduū· Verū vt plenius nouerimus pro cuiusmodi vias nobis sit ad dei promissa tēdendū audiamus dauid prophetā quid decat· Vniuerse inqt vie domini mīa et veritas·

Forma igitur conuersacionis fidelium· ab exemplo venit operum diuinorum· et merito de9 imitacionem sui ab eis exigit · quos ad imaginem et similitudinem suam fecit· Cuius itaqȝ glorie dignitate non aliter pociemur q̄ȝ in nobis et misericordia inueniatur et veritas· per que eniȝ ad saluandos saluator venit· per hec ad saluantem debēt properare sa'uati· vt nos ⁊ misericordia dei misericordes et veritas faciat esse veraces· Sicut itaqȝ per viam veri tatis mens iusta· ita per viam misericordie ambulat mēs benigna· nec tamē vnq̄ȝ itinera ista diuisa sunt· quasi bo orum bonorum singula diuersis tramitibus expetantur et aliud sit misericordia crescere· aliud veritate profice· re· non est misericors veritatis alienus· nec iusticie capax est pietatis extraneus· nec vtraqȝ virtute vtitur qui nō vtraqȝ ditatur· Caritas robur fidei fides fortitudo cari· tatis· et tunc verum nomen et verus est fructus ambarū cum insolubilis manet vtrisqȝ cōnexio· vbi enim simul fue rint simul desunt· quia inuicem sibi et iuuamen et lumen sunt· donec desiderium credulitatis impleat remuneracō visionis· et incōmutabiliter videatur et amet̄· quod nūc et sine fide non diligitur et sine dilectione non creditur· Quia ergo sicut apostolus ait in cristo ihesu neqȝ circum cisio aliquid valet· neqȝ prepuciuȝ· sed fides que per dilec cionem operatur simul atqȝ coniunctim et caritate stude amus et fidei· hic em̄ est quidam efficacissimus geminaꝝ alarum volatus· quo ad promerendum et videndum deū puritas mentis attollitur· ne onere curarum carnaliū de primatur· Nā qui ait sine fide impossibile est placere deo idem dicit· Si habuero omnem fideȝ ita vt mōtes trāsfe ram caritatē aūt nō habeā nichil sum· Vn̄ sacmentorum pascaliū dīna misteria digno suscipiant̄ officio Duo hec in quib9 oīm preceptorū doctrina ↄcurrit studiosi9 appetā tur q̄bus singl'i quiqȝ fideliū· ⁊ sacrificiū deo efficiant̄ et tēplū· Instet fides spare qd credit· istet caritas ꝓiciare

quod diligit· vtrumqꝫ amantis est vtrumqꝫ credentis· et cui intelligencie concessione subicimur· eidē pietatis imitacione iūgamur· Vox dei est· estote sancti· quia ego sanctus sum· et vox domini est· Estote misericordes sicut et pater vester misericors est· At ne dubitemꝰ deo tribui quod impenditur indigenti· dispensatores elemosinaruꝫ que commercia ineant audiamus dicente domino· que futura sit iudicij sui forma· cum dicit ad dextraꝫ collocatis Venite benedicti patris mei possidete paratū vobis regnum a constitucione mundi· Esuriui eñ et dedistis michi mādūcare· sitiui ⁊ dedistis michi bibere· Peregrinꝰ erā et collegistis me nudus eram et operuistis me· infirmus ⁊ visitastis me· in carcere eam et venistis ad me· Querentibus autem iustis quando aut qualiter poterint ista dep̄hendere· Respondet rex et dicet illis· Amen dico vobis q̄ꝫdiu fecistis vni ex fratribꝰ meis minimis michi fecistis Quid hoc ope fructuosius· quid hac hūanitate felicius que vtiqꝫ laude sua non fraudanda esset si propter ipsaꝫ nature communionē iuuando ab homini· homine prebe- retur· Sed quia quod non ex fidei fonte procedit· ad premia eterna non peruenit· alia est condicio celestium ope- rum· alia terrenorum Mūdana beniuolēcia in hijs quos adiuuat finem habet cristiana pietas in suum transit auctorem· dum in ipsum dicamur benigni quem in nobis fatemur operari dicēte domino· Sic luceat lumen vestrū coram hominibus vt videant opera vestra bona ⁊ magnificent patrem vetstrū qui in celis est gaude igitur mēs fidelis et gloriā tuam in eiꝰ gloria qui in te operatur agnoscens· de ipsa pascali festiuitate feruesce· Debiti eñim tui est vt ei qui pro omnibus passus est paratꝰ sis compati· qm̄ pia vita sanctorū nunquam aliena est crucis cristi Dum continencie clauis desideria carnis· configit· ⁊ corporeas cupiditates virtute spiritus in se habitantis· interficit· difficile est quenq̄ꝫ in se non habere quod p̄imat

Extinguenda est iracundia· mortificanda superbia·destruenda luxuria· radix quoqȝ auaricie alcius persequenda est vt omnium malorum germen valeat excidi· si corū potuerit fomes euelli· Cum hac autem diligencia indesinenter sit animus excolendus·et vtendum ita sit corpore vt rectori suo necessarium prebeat natura īferior famulatum· nunc maxime frenis continencie caro moderanda est·et quicquid sublimibus desiderijs obuiat amputandū Dum enim congruis purificacionibus ad celebrandum pasca domini vtraqȝ substācia preparatur profutura oī tempore consuetudo nutritur seuera in subditos imperia detumescant·cessent vindicte peccati·et rei criminuȝ ad hos dies peruenisse se gaudeant· in quibus a sanctis pijsqȝ principibus· eciam publicarum austeritas remittitur vlcionum·Aboleātur odia·deficiant simultates· pacis et beniuolencie multiplicetur affect9·et qui potuit malicia pollui·studeat benignitate purgari· quoniam iudicium dei sicut in mitibus vehemens·ita erit in misericordibus clemens et detrusis in ignem iehenne propter inhumanitatem sinistris·dextros elemosinaruȝ pietate laudatos eterna celestis regni beatitudo suscipiet·Per dominum nostrum ihesum cristum qui cū patre et spiritu sancto viuit et regnat per omnia secula seculorum amen·

¶ De eodem sermo octauus·

Deuocionis quidem vestre dilectissimi nouimus hunc esse feruorem·vt ieiunijs que domini pasca precurrunt·multi nostros preueniatis hortat9 Sed quia vtilitas continencie non solum carnis castigacioni verum eciaȝ mentis est necessaria puritati· obseruāciam vestram sic cupimus esse perfectā vt sicut desiderijs carnis rescinditis voluptates ita ab animi sensibus excludatis errores· nā pascali festo in quod omnia religionis

nostre sacramenta concurrūt· is vera et racionabili puri ficacione se preparat cuius cor nulla infidelitate polluitur Dicente enim apostolo omne quod non est ex fide· pecca tum est· inutilia erunt eorū et vana ieiunia· quos illusioni= bus suis mendacij decepit pater· et vera cristi caro nō pa scit· Sicut ergo diuinis mandatis sacreq; doctrine toto corde famulandum· ita omni prudencia ab impijs est sen sibus abstinendum tunc enim mens sanctum agit ac spiri tale ieiunium· cū erroris cibos et venena abicit falsitatis que dolosus ac versutus inimicus nunc īsidiosius ingerit quādo ipo venerādo festiuitatis cursu omnis ecclesia ad in telligenda salutis sue misteria generaliter commouetur Huius enim resurrectionis cristi verus et confessor et cultor est qui et passione eius non confūditur et de corporea na tiuitate non fallitur· nam quidam erubescentes euange= lium crucis cristi· vt audencius euacuarent susceptum p mundi redempcione supplicium· ipsam vere carnis in deo negauē naturam· non intelligentes impassibilē dei verbi atq; incommutabilem deitatem ita inclinatam ad huma nam salutem vt et potenter propria non amitteret· et mi sericorditer nostra susciperet· Duplicis itaq; in cristo for me vna persona est et filius dei· idemq; filius hominis vnus est dominus condicionem seruilem consilio pietatis acci piens nec legē necessitatis incurrens quia potestate fac tus est humilis potestate passibilis· potestate mortalis· vt ad destruendum peccati mortisq; dominatum· et pene capax esset substancia infirmitatis et nichil glorie sue per deret natura virtutis· Cum itaq; dilectissimi legētes vel audientes euangelium· quedam in domino nostro ihesu cristo cognoscitis subiecta iniurijs quedā illustrata mi= raculis ita vt in eodem nunc humana appareant· nunc di uina resplendeant nolite quicq̄ horum ascribere falsitati tanq̄ i xpo ā sola sit hūanitas ā sola diuitas· s; vtrūq; fide liter credite· vtrūq; humiliter adorate vt in vnitate verbi

et carnis non sit vlla diuisio. Nec quia manifesta fuerūt in ihesu signa diuina falsa videantur documēta corpea vera et copiosa sunt in cristo testimonia vtriusq₃ nature. ad h̄ ex diuini cōsilij altitudine cōcurrencia vt v̄bo inuiolabili non seperato a carne passibili particeps per omnia intelligatur et deitas carnis et caro deitatis. Mens igit̄ cristiana fugax mendacij. disciplina veritatis. vtere diligenter euangelica historia. et que fideliter et visibiliter sunt gesta per dominum. tanq̄ ipsa cū apostolis aggregata. nunc spirituali intellectu. nunc corpeo discerne cō spectu. Da homini q̄ de muliere puer nascitur. da deo q̄ nec cōceptu leditur virginitas materna nec partu. Serui formam obuolutam pannis vilibus in presepi iacente₃ cognosce sed annunciatam ab angelis. declaratā ab elementis. adorata₃ a magis formam dei confitere. humanū intellige quod declinauit nupciale conuiuiu₃. diuinū approba quod aquam conuertit in vinum. nostra tibi innotescat affectio. cum mortuo amico fletus impenditur. diuina potencia sentitur cum idem post quatriduanam iā fetidus sepulturam solo vocis imperio viuificatus erigit̄ Lutum de sputo et terra fieri corporei fuit opis. sed illinc super litos ceci oculos illuminari non dubium est illi9 fuisse v̄tutis. que quod pricipijs nature nō dederat. ad maifestacione₃ glorie sue reseruaret. veri enim hominis est fatigacionem corporea₃ somni quiete reuelare. sed veri dei est vim seuiencium procellarū precepti increpacione cōpescere. Cibos esurientibus apponere humane benignitatis et socialis est animi. Sed quinq₃ panib9 ordeaceis et dupbus piscibus quinq₃ milia virorum exceptis mulieribus paruulisq₃ saciare. quis negare audeat opus esse deitatis. Que cooperantibus secu₃ vere carnis officijs. et se homini et hominem sibi in esse monstrabat. Quia non aliter in natā hūana sanari poterāt origialis vulnera vetustatis. nisi de vtero virgis carnē₃ sibi assumēte dei verbo

in vna eademq3 persona simul et caro nasceretur et verbum
Hanc dilectissimi incarnacionis dominice fidem per quā tota ecclesia corpus est cristi· in concusso corde seruātes ab omnibus hereticorum ieiunate mendacijs· et ita vobis misericordie opa credite pfutura· ita fructuose habēdam cōtinencie puritatē· si mētes vestre nulla prauarum opinionum cōtaminacione sorduerit· Abicite exosa domino mūdana argumenta sciencie· per quam nemo ad cognicionem veritatis potuit peruenire· et hoc fixum habete in animo quod dicitis in simbolo· Credite consempiternum patri filium dei· per quem facta sunt omnia et sine quo factū est nichil· secundum carnem quoq3 in temporum fine generatum· Credite hunc corpaliter crucifixum· mortuum suscitatum· et super altitudines celestium dominacionum in patris dextra constitutum· ad iudicādos viuos et mortuos in eadem qua ascendit carne venturum· Hoc enim vniuersis fidelibus apostolus predicat dicēs· Si consurrexistis cum cristo· que sursum sunt querite· vbi cristus ē in dextra dei sedens· Que sursum sunt sapite· non que super terram· Mortui enim estis· et vita vestra abscondita est cum cristo in domino· Cum enim cristus apparuerit vita vestra tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria· Habentes igitur dilectissimi tante promissionis fiduciā· estote non solum spe sed eciam conuersacione celestes· et quāuis omni tempore studendum sit sanctificacioni et mentis et corporis· nunc tamen in istis quadraginta dierū ieiunijs sollicicioribus vos pietatis operibus expolite· non solum in distribuendis elemosinis· que magnum habent emendacionis effectum· sed eciam in remittendis offensionibus et peccatorum reatibus relaxādis· vt condicio quā iter se et hominem deus posuit· nō resistat orantibus· dicētes enim secundū doctrinā domini dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris· debemus toto corde iplere quod dicimus Tūc enim fiet oracio quod in sequētibus postulamus· vt et in

temptacionem non inducamur· et a malis omnibus libe-
rem̄· Per dominū nostrū ihesum cristū· Qui viuit et reg
nat cum patre et spiritu sancto per infinita se· se· amen·

¶ De eodem sermo nonus·

In omibus dilectissimi solēpnitatib9 cristianis
non ignoramus pascale sacramētum esse preci
puum· cui digne et cōgrue suscipiēdo toci9 nos
quidez tempis instituta pformāt· Sed deuocionē nostrā
presentes vel maxie dies exigūt· quos illi sublimissimo di
uine misericordie sacramēto scimus esse cōtiguos· in qui
bus merito a sanctis apostolis p doctrinam spirit9 sancti
maiora sunt ordinata ieiunia· vt p cōmune cōsorciuz cru
cis cristi eciā nos aliqd in eo quod pter nos gessit age-
remus· sicut apl̄us ait· Si cōpatimur et cōglorificabim̄·
certa atqz secura est expectacio pmisse beatitudinis vbi
est pticipacio domice passionis· Nemo est dilectissimi· cui
p condicionē tempis societas hui9 glorie denegat̄ tanq̄
trāquillitas pacis vacua sit occasione virtutis· Aposto
lus enim predicat dicens omnes qui volunt pie viuere in
cristo persecucionez pacient̄· et ideo nūq̄ deest tribula-
cio psecucionis· si nunq̄ desit obseruancia pietatis· domi
nus ipse in exhortacionib9 suis dicit· Qui nō accipit cru
cem suam et sequitur me· non est me dignus· Nec dubita
re debemus hanc vocem non solum ad discipulos cristi· sz
ad cunctos fideles totamqz ecclesiam pertinere que salu-
tare suum in hijs qui aderant vniuersaliter audiebat· Si
cut ergo tocius est tempis pie viuere· ita toci9 est tempo
ris crucem ferre· que ferri vnicuiqz suadetur· qr proprijs
modis atqz mēsuris ab vnoquoqz tolerat̄ vnū nomē ē per
secucióis· sed nō vna est causa certamis· et pl9 plerūqz pe
riculi est in insidiatore occlto q̄ hoste maifesto· Beat9 iob
alternātib9 bois ac malis mūdi isti9 erudit9 pie veracit̄
qz dcebat· Nōne tēptacio ē vita hoīs sup terrā· qm̄ non
solis dolorib9 corpis atqz supplicijs anima fidelis ipetit̄·

verum eciam salua in columnitate membrorū graui mor
bo vrgetur si carnis voluptate mollit. Sed cū caro cō=
cupiscit aduersus spiritum. spiritus autem aduersus car
nem. presidio crucis cristi mens racionalis instruitur. nec
cupiditatibus noxijs illecta consentit. quoniam con=
tinencie clauis et dei timore transfigitur. In bono ergo
propo sito cōstitutis. inimicicie dissimilium diabolo insti
gante non desunt. et facile in odia prorumpunt. quorum
improbi mores detestabiliores fiunt cōparacione recto=
rū. iniquitas cū iusticia nō habet pacē. temperanciam odit
ebrie tas. falsitati nulla est cum veritate concordia. Non
amat superbia mansuetudinem. petulancia verecundiaꝫ
auaritia largitatem. et tam pertinaces habet diuersitas
ista conflictus vt eciaꝫ si exterius conquiescat. ipsa tamē
piorum cordium penetrabilia inquietare non desinat. vt
sit verū quod qui voluerit in cristo pie viuere persecucio=
nem pacietur. et eciaꝫ verum sit quod omnis hec vita tēp
tacio est. Ipsis experimentis suis vnuquisqꝫ fideliū edoc
tus cristi cruce armetur vt cristo dignus habeatur. Per
istum vero agonem dilectissimi ad premia eterna tenden
tibus in eo maxime diaboli insidiatur astucia. vt quorum
non potest peruertere probitatem subruat fidem. in aliā
enim transfertur viaꝫ quisquis a confessione veritatis ab
ducitur. totusqꝫ eius cursus abscessio est. et tāto erit mor
ti vicinior. quāto fuerit a catholica fide lōginquior. Nō
eciam indiebus nostris per suam paciuntur incuriam. qui
de spiritu olim destructi erroris olim qꝫ dampnati veterē
infamiam conceperunt. qui geminam in cristo audent ne=
gare naturam aut non suscepta carnis scilicet veritate. ā
in carnem deitate conuersa. vt aut secundum manicheūꝫ
nulla eius sit resurrectio. cuius nulla est passio. aut secun=
dum appollinarem ipsa deitas verbi mutabilis. ipsa sit fac
ta passibilis. hoc autem sentire. hoc auribus cristiane ple
bis ingerere. quid aliud est. ꝙ ipsa religionis nostre fun

damenta conuellere· et eciam quod verus filius dei verus sit hominis filius denegare· In quo solo est humani gene ris restitucio testificata per legem· promissa per prophetas et omnibus veteris testamenti significacionibus nuncia ta· vt magnum illud et seculis omnibus profuturuz diui ne misericordie sacramentum·quod sepe et diu fuerat sig nificatum· in prestituto tempore non dubitaretur imple tum· Unde licet ex quo verbum caro factum est·ita in cri sto dei atqz hominis vna persona sit vt nullis actionib9 fiat vtriusqz nature diuisio·studet tñ euãgelica veritas· ipm quem dei filium predicat· sepissime filiuz hominis confite ri vt quãuis ea que differuntur· alia sint hũanitatis alia deitatis·sub nomine tamen filij hominis vtraqz memoren tur ne fides dominum nostrum ihesum cristum natũ ex ma ria virgine deum simul atqz hominem creditura cunctet̃ fateri·aut in deo humanitatem aut in homine deitatem· et in verbo suscepti hominis vera sit humanitas·et in car ne suscipiẽtis dei veri maiestas· Hec dilectissimi per occa sionem festi pascalis· cui puritatem cordium preparare debem9 de incarnacione verbi perstinxisse sufficiat· hinc quoniam aliquociens instructos vos esse meministis nũc deuocionem vestram de eo quod tempus possit admoneo vt sanctuz et salubre ieiunium operibus pietatis ornetis· et quia pro indulgencia maxime elaborãdum est delicto rum indubitabilem vobis diuinam misericordiaz promi tatis·si ipsi quoqz erga subditos vestros omnez offensaz transtuleritis ad veniam· placidos enim atqz concordes ad tantam festiuitatem decet populos dei conuenire· vt seueritas vlcionum que nunc eciaz in publicis iudicijs re laxatur· multo magis in cristianoruz cordibus mitiget̃· quia ad hoc pocius intenta debet esse cura sanctoruz· ne vllus algeat·ne vllus esuriat ne quis inopia deficiat· ne quis merore tabescat·ne aliquem vincula astrictũ· ne ali quem habeat carcer inclusum· Quantelibet enim existãt

cause offensionis· ab homine tamen in hominem non tam delicti magnitudo quam nature est cogitanda cōmunio· vt de iudicio quo alterum iudicat misericordiam dei iudicā tis obtineat· Beati enim misericordes quoniam ipsorum miserebitur deus· Qui viuit et regnat in secula se· amen·

De eodem sermo decimus·

Inter omnes dilectissimi dies quos mltis modis honorabiles habet cristiana deuocio· nichil est excellencius festiuitate pascali· per quam in ecclesia dei vniuersaruz solempnitatuz dignitas consecratur· Siquidē ipsa eciā domini ex matre generacio huic fuit impensa sacramēto· nec alia fuit dei filio causa nascēdi· quam vt cruci posset affigi· in vtero enim virginis suscepta est caro mortalis in carne mortali completa est disposicio passionis· Effectumque est ineffabili cōsilio misericordie dei· vt esset nobis sacrificium redempcionis abolicio peccati et ad eternam vitam inicium resurgendi· Considerantes autez quid per crucē domini adepta est vniuersitas mundi cognoscimus ad celebrandum pasce diē merito nos quadraginta dierum ieiunio preparari vt digni possimus interesse diuinis misterijs· Nō enim summos tā tum ātistites· aut secundi ordinis sacerdotes· nec solos sacramentorum ministros· sed omne corpus ecclesie vniuersumque fidelium numerum ab omnibus contaminacionibus oportet esse purgatum vt templum dei cui fundamentū est ipse fundator in omnibus lapidibus speciosuz et in tota sui parte sit lucidum· Nam si regum edes et sublimiorum pretoria potestatum omni ornatu racionabiliter excoluntur vt excellenciora sint eorum domicilia· quorum ampliora sunt merita· quanto opere edificandum· quanto ē honore decorandum deitatis ipsius habitaculum· quod licet inchoari et perfici sine suo auctore non possit habet tamē ab edificāte donatū vt eciam labore proprio quærat augmētū· Viua eciā racionalis materies ad extructionem

templi huius assumitur et per spiritum gracie vt volunta
rie in vnam compagem congruat incitatur. Hec ideo di
lecta ideo quesita est vt et ipsa ex nō querēte querēs ex nō
diligente fit diligens dicente beato iohanne apostolo.
Nos ergo diligamus inuicem quia deus prior dilexit nos
Cum igitur et omnes simul et singuli quiqȝ fideliuȝ vnū
idemqȝ templum sint. sicut perfectuȝ hoc in vniuersis. ita
perfectū debet esse in singulis. quia et si non eadem est mē
brorum omnium pulchritudo. nec in tanta varietate par
cium meritorum potest esse parilitas. communionē tamē
obtinet decoris. connexio caritatis. In sancto enim amo
re consortes eciam si non eisdem vtuntur gracie bñficijs.
gaudent tm̄ bonis inuiceȝ suis. et nō potest ab eis extra
neum esse quod diligunt quia incremento ditescunt pro
prio. qui profectu letātur alieno. In hac dilectissimi vni
tate sanctorum vbi idem amatur idem diligitur. idemqȝ
sentitur. nec superbis locus est nec inuidis. nec auaris et
quicquid est quo aut vanitas gloriatur aut ira seuit. aut
luxuria lasciuit. non in cristi federe sed in diaboli pte cen
setur longeqȝ a sedibus pietatis excluditur. Fremit ita
qȝ innocencie aduersarius. pacis inimicus et quia ipse in
veritate non stetit. totamqȝ nature gloriam dū superbit
amisit. dolet hominē dei misericordia reparari et in ea bo
na que ipse perdidit introduci. Nec mirum si peccati auc
tor probitate recte augencium cruciatur. et eorum quos
deicere nō potest stabilitate torqtur quādo quidē eciā
inter homines reperiuntur qui opera huius malignitatis
imitentur. Multi enim quod dolendum est profectibus
vruntur alienis. et quia se virtutibus vacuos despici no
uerunt armantur in eorum odiuȝ quorum non sequuntur
exemplum. Serui autem dei et discipuli veritatis. eciam
dissimiles sui diligunt. et bellum vicijs pocius q̄ homini
bus inducunt. nulli malum pro malo reddētes. sed correc
cionē peccancium semper optantes. Pulchrum enim valde

est et diuine beniuolencie comparandu3 sui quenq3 in al tero meminisse et amare propriā eciam in hoste naturam. siquidem plurimos nouimus in optimos mores trāsisse de pessimis. vt ex ebriosis sobrios. ex crudelib9 misericordes ex rapacibus largos. ex incontinentibus castos. ex fero cib9 factos esse tranquillos. Dicente autem domino. non veni vocare iustos sed peccatores. nulli cristiano quem piam odisse permittitur. quia nemo nisi in remissione pec catorum saluatur. et quos viles fecit humana sapiencia. nescimus q̄ꝫ preciosos spiritualis factura sit gracia. Sit ergo sanctus dei populus sit benignus. sanctus vt dec li net prohibita. benignus vt faciat imperata. quāuis em̄ magnum sit habere fidem rectam. sanamq3 doctrina3. et multa laude digna sit circumcisio gule. lenitas mansuetu dinis. puritas castitatis. nude tamen sunt omnes sine ca ritate virtutes. nec potest dici in qualibet morum excellē cia fructuosum quod non dilectionis partus ediderit. vn de in iohannis euangelio domin9 ait. In ho c cognoscēt omnes quia discipuli mei estis. si dilectionem habeatis in uicem. et in eiusdē apostoli epistola legitur. Carissimi di ligamus inuicem quoniam caritas ex deo est. et omnis q̄ diligit ex deo natus est et cognoscit deum. et qui non di ligit non nouit deum. quoniam deus caritas est. Discuci ant ergo se fidelium mētes. et intimos sui cordis affect9 vera examinacioue diiudicent. At si repositum aliquid in consciencijs suis de fructibus caritatis inuenerint deum sibi inesse non dubitent. et vt magis magisq3 tanti hospi tis sint capaces fiant perseueranter in misericordie operi bus ampliores. si enim dilectio de9 est. nullum habere de bet terminum caritas. quia nullo potest claudi fine diui nitas. Ad exercendum igitur dilectissimi caritatis bonū q̄uis tempus omne sit congruum. presentes tamen dies specialius cohortantur vt qui pasca domini cupiunt cu3 animi et corporis sanctificacione suscipire. Hanc maxime

graciam conentur acquirere qua ⁊ omnium continentur summa virtutum et multitudo tegitur peccatorū. et ideo celebraturi illud eminens super omnia sacramentū quo iniquitates nostras ihesu cristi sanguis aboleuit. primiciis misericordie hostias preparemus et quod nobis bonitas dei cōtulit. nos quoq; eis qui in nos peccauere prestemus. In obliuionem mutentur iniurie. supplicium nesciant culpe. et a vindicte metu omnes subditorum absoluantur offense. Neminē teneant claustra penalia. nec in custodiis tenebrosis tristes reorum gemitus perseuerent Si quisq̄ tales pro quodam delectio obnoxios tenet peccatorem se esse nón dubitet ⁊ vt in diligenciam ipse accipiat gaudeat se inuenisse cui parcat vt cum secundū doctrinam dei dicimus. dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. non ambigimus per nostre oracionis formam diuinam nos abtinere clemenciam. In pauperes quoq; et diuersis debilitatibus impeditos. benignior tunc largitas exeratur vt gracie deo multorum voce referantur. et ieiuniis nostris egenorum refectio suffragetur. nulla enim deuocione fidelium magis dominus delectatur. q̄ ista que pauperibus eius impēditur. ⁊ vbi cura misericordie inuenit ibi ymaginem sue pietatis agnoscit. Non timeatur in hiis expensis defectio facultatum. quoniam ipsa benignitas maxima substācia est. nec potest largitatis deesse materies vbi cristus ⁊ pascit et pascitur. In omnibus hoc opere illa interuenit manus que panem frangendo auget. et erogando multiplicat. Secur9 et hilaris fit elemosine distributor. quia tūc maxime lucrum habebit quando sibi minimū reseruarit dicente beato paulo apostolo. Qui autē ministrat semē seminanti. et panem ad manducandum prestabit et multiplicabit semen vestrum et augebit incrementa frugū iusticie vestre in cristo ihesu domino nostro. Qui viuit ⁊ et regnat cū patre ⁊ spiritu sancto per omnia secula ⁊c.

De eodem sermo vndecimus·

IN omnibus quidē dilectissimi diebus atqꝫ tem
poribus· quedam nobis diuine bonitatis signa
prefixa sunt et nulla pars anni a sacris est alie-
na misterijs vt dū vbiqꝫ nobis presidia nostre salutis oc-
currunt·inuitātem nos semper misericordiam dei auidiꝰ
expectamus· sed quicquid illud est quod in diuersis gra
cie operibus et donis reparacioni humanarum confer-
tur animarum totum id nobis nunc euidencius et copio
sius presentatur·quando non particulatim quedam agē-
da·sed simul sunt omnia celebrāda· Appropinquante em̄
summa festiuitate pascali adest maximū sacratissimumqꝫ
ieiunium quod obseruancia sui vniuersis fidelibus sine ex
cepcione denunciat· Omnemqꝫ huiusmodi dierum obser
uanciam racio exposcit augeri nemo est vt confido qui se
ad opus bonum non gaudeat incitari·Natura em̄ nostra
ad hec manentem mutalitatis mortalitate eciā si ad sum
ma queqꝫ virtutum studia prouehatur semper tamen sic̄
potest habere quo recitatur ita potest habē quo crescat
Quia nemo tam sanctus·vt non sanctior· nemo tam deuo
tus vt non debeat esse deuocior· Omnes enim nos simul si
ne differencia graduū·siue discrecione meritorū ab hijs
que peruenimus ad ea que nondū apprehendimus pia aui
ditate curamus et ad mensuram consuetudis nostre ne-
cessarijs addamus aliquid augmēti·Parum eniꝫ religio
sus alio tempore demonstratur qui in hijs diebus religio
sior non inuenitur· Quis enim in huius vite constitutus ī
certo·aut immunis a temptacione aut liber inueniatur a
culpa· Quis est qui nichil sibi virtutis adici·ā cui nichil
vicij optet auferri·cum et aduersa noceant et secūda cor
rumpant nec minoris sit periculi carere desideratis ꝙ̄ ha
bundare concessis· Insidie sunt in diuiciarū amplitudi
ne insidie in paupertatis angustijs·Ille eleuant ad super
biam hec incitant ad querelam· temptat sanitas·tēptat

infirmitas dum et illa materia est negligencie· et hec cau
sa tristicie· Laqueus est in securitate· laqueus in timore·
nec interest vtrum animus qui terreno tenet affectu· gau
dijs occupetur an curis· cum par morbus sit· vel sub vana
delectacione languere· vel sub anxia sollicitudine laborare
Impletur itaqz per omnia sentēcia veritatis qua discim9
angustam esse et arduam viam que ducit ad vitaz· Et cū
latitudo itineris ad mortem trahentis multis frequente
tur agminibus· in salutis semitis paucorum intrancium
sunt rara vestigia· Vnde autem populosior est via leua q̄
dextera· nisi quia ad mundana gaudia et corporalia bona
multitudo procliuis est· Et quamuis caducum sit incertū
qz quod cupitur· libencius tamen suscipitur labor pro de
siderio voluptatis q̄ pro amore virtutis· ita cum innume
ri sint qui inuisibilia concupiscant· vix inueniuntur qui tē
poralibus eterna preponant· Et ideo dicente apostolo· q̄
videntur temporalia sunt· que autem non videntur eter=
na sunt· latet quodammodo et in abscondito est virtutū
via· quoniam spe salui facti sum9· et fides vera id super oīa
diligit quod nullo sensu carnis attigit· Magni est ergo
operis et laboris mobilitatem cordis ab omnibus conti=
nere pctis· et cū vndiqz innumere vanitatū illecebre blā
diant· ad nulla cōtagia vigorē animi relaxare· Quis tā
git picē et nō iqnat ab ea· Quis nō īfirmat̄ ī carne· Quis
non sordescit in puluere· Quis postremo tante est purita=
tis vt hijs non polluatur sine quibus vita nō ducitur· Iu
bet enim per apostolum diuina scriptura· vt qui habent
vxores tanq̄ non habentes sint et qui flent tanq̄ non flē=
tes· et qui gaudent tanq̄ non gaudentes· et qui emunt
tanq̄z non possidentes· et qui vtuntur hoc mundo· tanq̄z
non vtantur· Preterit enim figura huius mundi· Beati
igitur mens que peregrinacionis sue tempa casta sobrie
tate transcurrit· et in hijs per que eam necesse est āmbula=
re non remanet vt hospita magis q̄z domina terrenoruz

affectibus desit humanis et promissionibus innixa sit diuinis. Hanc autē fortitudinē dilecti nulli magis q̄3 presentes et exigunt et conferunt dies quibus du3 obseruācia specialis impenditur consuetudo in qua perseueretur acquiritur. Notum enim est vobis hoc esse temp9 quo ꝑ totum mundum seuienti diabolo. acies debeat cristiana confligere. et si quos aut desidia tepidos. aut sollicitudo habuit occupatos nunc oporteat arcius spiritalibus instrui. et celesti tuba ad ineundum certamē accēdi. quoniam ille cuius inuidia mors introiuit in orbem terraru3 modo precipuo liuore vritur. modo maximo dolore cruciatur. Videt enim de omnium hominu3 genere in adopcionem filiorum dei nouos populos introduci. et per virgineam ecclesie fecunditate3 partus regeneracionis augeri. Videt se dominacionis sue iure priuatu3 a cordib9 quos possidebat expelli. eripi sibi in vtroq3 sexu milia senum. milia iuuenu3. milia paruulorū. nec obesse cuiq̄3 vel proprium vel originale peccatum vbi iustificacio non meritis retribuitur. s3 sola gracie largitate donat᷑. Lapsos quoq3 et insidiarum fraude deceptos penitēcie lacrimis ablui et portas misericordie apostolica claue referāte ad remedia reconciliacionis admitti. Sentit insuper diē dominice passionis instare. et illius crucis potestate se conteri. que in cristo ab omni debito mortis alieno redēpcio fuit mundi non pena peccati. Vt itaq3 malignitas fremētis inimici nullos habeat sui liuoris effectus. ad exequenda domini mandata diligencior est assumenda deuocio vt tempus in quo omnia diuine misericordie sacramenta concurrunt. cum preparacione et animorum suscipiam9 et corporum implorantes regimen. atq3 adiutoriū dei vt sine quo nichil possum9 facere per ipsu3 omnia valeam9 implere. Ideo enim datur preceptū vt precipientis queratur auxilium. nec se quisꝙ per occasionem infirmitatis excuset. quia qui prestitit velle donat et posse. Dicēte em̄

beato iacobo apostolo· si quis vestrum indiget sapiēcia postulet a deo qui dat omnibus affluenter et non impro perat et dabitur ei · Nec enim caret delectacione gra- diēdi cuius iter efficit virtutum petra solidum nō vicio rum arena succiduum· verum vt plenius nouerimus pro- cuiusmodi vias nobis sit ad dei promissa tendendum au- diamus dauid prophetam quid doceat· Vniuerse inquit vie domini et misericordia et veritas· Forma igitur con uersacionis fidelium ab exemplo venit operum diuinorū et merito de9 imitacionem sui ab eis exigit quos ad yma ginē et similitudinē suā fecit· Cui9 itaqȝ glorie dignita te non aliter pociemur quā in nobis ⁊ misericordia inue- niatur et veritas· Per que enim ad saluandos saluator venit per hec ad saluantem debent preparare saluati vt nos et misericordia dei misericordes· ⁊ veritas faciat esse veraces· Sicut itaqȝ per viam veritatis mens iusta· ita per viam misericordie ambulat mens benigna· nec tamē vnquā itineri ista diuisa sunt quasi horum bonoruȝ singu la diuersis tramitib9 expetant· Et aliud sit misericordia cresce͂· aliud ꝟitate pficere· Nō est misericors veritatis alien9· nec iusticie capax est pietatis extrane9· Nec vtra qȝ virtute vtitur qui non vtraqȝ ditatur· Caritas enim robur est fidei fortitudoqȝ caritatis· Et tunc verū nomē et verus et fructus ambarum· Cū insolubilis manet vtris qȝ cōnexio· Ubi enim simul fuerint simul desunt quia inui cem sibi iuuamē et lumen sunt· Donec desiderium credu litatis impleat remuneracio visionis· et incōmutabiliter videatur et ametur· quod nunc et sine fide non diligitur et sine dilectione non creditur· Quia ergo sicut apostol9 ait· In cristo ihesu neqȝ circumcisio valet aliquid neqȝ prepucium· Sed fides que per dilectacionem operatur si mul atqȝ coniunctim et caritate studeamus et fidei· Hic eē est quidē efficacissimus gēminaruȝ alarū volatus quo ad promerendum et videndum deum· Puritas mentis

attollitur· Ne onere curatum carnalium deprimatur· Nã q̃ʒ ait sine fide impossibile est placere deo· Idem dicit· Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam carita= tem non habuero nichil sum· Vnde sacramẽtorum pasca lium diuina misteria digno suscipiantur officio duo hec in quibus omnium preceptorum doctrina cõcurrunt stu= diosius appetantur quibus singuli quiqʒ fidelium ⁊ sacri ficium deo efficiantur et templum quis fideliuʒ nesciat q̃ bus virtutibus studere·et quibus debeat vicijs repugna re·quis consciencie sue aut tam graciosus· aut tam impe ritus est arbiter · qui ignoret quid a se auferri aut quid in se oportet augeri· ¶ Nemo quippe ita racionis est alien9 qui aut conuersacionis sue non intelligat qualita tem·aut cordis sui secreta nõ nouerit· Non ergo per oĩa sibi placeat nec secundum carnis oblectamẽta diiudicet sed omnem consuetudinem suam in diuinorum precepto rum lance constituat·vbi cum alia iubeantur vt fiãt alia interdicantur ne fiant·iusto se trutinabit examine qui vi te sue mores ex vtriusqʒ ponderis comperacione pensaue rit· Artifex enim misericordia dei splendissimum in man= datis suis condidit speculum·in quo homo faciem sue mẽ tis inspiceret et q̃ꝫ conformis ad ymaginem dei·et q̃ꝫ dissi milis esset cognosceret precipue vt reiectis paululuʒ car nalib9 curis·⁊ occupacionibus iq̃etis saltẽ dieb9 in redẽp cionis ⁊ repacionis nostre a terrenis ad celestia nos con feramus· Quia vero sicut scriptum est· in multis offendi= mus omnes misericordie primus concipiatur affectus·et aliorũ i nos delictoꝝ fiat obliuio·vt illud pyssimũ pactũ cui nos i domica or̃oe deuixim9· nll'o vĩdicte amore viole m9·⁊ dñtes· dimitte nobis d̃bita nr̃a sic ⁊ nos dimittim9 debitoribus nostris·nõ sim9 in remissione difficiles·qr ad nos recurret siue cupiditas vlcõis· siue idulgẽcia leuita tis magisq̃ʒ optãduʒ est homi tẽptacionũ picculis sp expo ito vt suas culpas habeat puitas q̃ꝫ vt plectat alienas·

Quid autē cōueniētius fidei cristiane q̄ vt non solum i ecclesia sed eciā in omnium domib9 fiat remissio peccatorum Deponant̄ mine· vincula relaxentur· quib9 se multo pniciosius qui ea non soluerit religabit· quod em̄ quisq3 in alterum statuit hoc in semetipso sua lege decernit· Beati vero misericordes· quoniā ipsoꝝ miserebit̄ deus· qui i iudicijs suis ⁊ iustus est ⁊ benignus· ad hoc quosda3 sub alioru3 esse potestate pmittens· vt sub equa moderacōe seruetur et vtilitas discipline et māsuetudo clemētie · et nemo audeat alterius delictis veniā denegare· quā p suis optat accipere Dicente aute3 domino· beati pacifici qm̄ filij dei vocabuntur· depōnātur omniū discordiaꝝ odiorumq3 certamina· nec putet se quisq̄ in pascali festo habiturum esse consortiū qui fraternā pace3 redintegrare neglexerit· Apud summū em̄ patrem qui nō fuerit in caritate fratru3 non habebit̄ in numero filiorum· In distributione quoq3 elemosinarū et pauperū cura piguescāt cristiana ieiunia· ⁊ quod suis quisq3 delicijs subtrahit debilib9 impēdat ⁊ egenis· detur opera vt omnes deo vno ore benedicant· et qui aliquam dat portionem substancie sue intelligat se ministrū misericordie esse diuine · qui p tem pauperis in manu posuit largiētis vt peccata q̄ baptismi aquis aut penitentie lacrimis abluuntur· eciam elemosina deleant̄ dicēte scriptura· Sicut aqua extinguit ignem· ita elemosina extinguit peccatum· Per dominu3 nostrum ihesum cristum qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum

De eodem sermo duodecimus

Appropinquante carissimi solennitate paschali sic est p̄curēda ieiunij ɔsuetudo· vt nos q̄dragínta dieꝝ numerus ad sanctificacōnem corpis et mētis exerceat· Suscepturi em̄ festorū oim maximū festum ea nos debemus obseruācia prepare vt in cui9 resurrectione sum9 resuscitati· in ipsius inueniam̄ passione ɔmortui

dicente beato paulo apostolo· Mortui enim estis et vita vr̃a abscondita ē cū xp̄o in deo Cum em̄ cristus apparuerit vita vestra tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria dei· que vero nobis est cum cristo participacio·nisi vt desinamus esse quod fuim9·aut que similitudo resurrectionis nisi deposicio vetustatis· vnde qui sacramentum sue reparacionis intelligit· carnis se vicijs debet exuere et omēs sordes abicere peccatoꝝ vt intraturus nupciale conuiuiū splendeat veste v̄tutum· quamuis em̄ benignitas sponsi cunctos ad cōmunionē regiarum inuitat epularuȝ· studēdum est tn̄ vniuersis vocatis vt sacrorum ciboꝝ munere non inueniāt̄ indigni· Abutuntur auteȝ quidaȝ paciēcia dei· et qui nō sunt in ꝯsciencia liberi·fiunt de longa impunitate securi·cum ideo differatur vltio vt tempus possit habere correctio·Misericordiam igit̄ dei nostri·que nō vult morteȝ peccatoris sed tātum vt conuertat̄ et viuat non ideo quisq̄ꝫ tardet amplecti·quia quod meruit non recepit· nec em̄ quicq̄d differt̄ aufertur·aut condēpnacionem euasit· qui indulgēciā nonquesiuit cuius quidē implorande non vna omnib9 causa est· quia multis modis multisqȝ mēsuris et peccatuȝ a peccato· et crimen distat a crimine· sed quia vniuersitas fideliū ad pfectam innocenciam et ad plenam debet tendere puritatem·vt eoruȝ cōsorcio mereatur ascribi de quib9 dicit̄ Beati mūdo corde quoniā ipsi deū videbūt Omni instancia et v̄tute nitendum ē vt quicquid secretuȝ cōsciencie maculat quicquid atiem mētis obscurat·diligētissimis emūdationib9 deleatur·quāuis em̄ scriptum sit·quis gloriabit̄ castum se habere cor·aut mundū se esse a peccato nō tamē desperanda est apprehēsio puritatis·que dum semp petit̄·semp accipitur nec remanet iudicio condēpnādum quod fuerit confesione purgatum· hoc illud est dilectissimi quod orātes om̄s ecc̄ie filij ex doctrina dn̄i vniformit̄ dicūt· Dimitte nobis debita nr̄a sicut et nos dimitti9 debitorib9 nr̄is

quia nemo taꝫ sanctus nemo tã iust9 est·q̃ in tẽpore isti us vite q̃ tota tẽptacio ẽ cuiuscũqꝫ peccati remissiõe ñ egeat Circũstant vndiqꝫ picula inumerabiliũ delictoꝝ ꝛ plicitos vsus ad imoderatos trãsit excessus dũ p curã salutis irrepit delectacio voluptatis·et non sufficit con= cupiscencie quod potest satis esse nature· Hinc habendi amor nunq̃m saciandus exoriẗ · hinc cupiditas eminẽdi que vel stirpi sue innixa vel soboli nunc plem habet sup= biam nũc pentem·His autem ꝛ aliis tẽptacõib9 quaꝝ multiplex est et infinita connexio que rectius ꝟtus q̃ cõ tinentia opponiẗ· que nutriendis atqꝫ seruandis animi ꝛ corpis bonis et incrementa p̃bet et roborat· Vnde in ce= lestibus ecclesie disciplinis multũ afferunt vtilitatis di= uinitus instituta ieiunia·vt dum ɔtinẽcie legibus carna lis subiciẗ appetitus motus quoqꝫ interior tempereẗ· ac sicut corpus a cibis ita et mens ab iniquitate ieiunet·do minus eñ dicit·beati qui esuriũt et siciũt iusticiaꝫ qm̃ ipi saturabũtur·Habet ergo populus dei spũales epulas ca stasqꝫ delicias·quas salubriter expetit ꝛ laudabiliẗ cõcu piscit· Quoniaꝫ laudãte et dicente pp̃ha· gustate ꝛ vide te qm̃ suauis est domin9 quisquis dulcedinẽ iusticie ꝛ mi sericordie dei quibus omnis eius puidencia dispensatur gustu cordis attigerit et nullo vnq̃ꝫ minuenda fastidio experimenta supnorum hauserit gaudioꝝ·corruptibilia et temporalia bona eternorum admiracõne despiciet et in illo igne quẽ dei accẽdit caritas cõcalescet vt algore in feruorẽ ɔuerso et in lucem nocte mutata vno opere in animis fideliuꝫ spiritussanctus ꝛ tenebras abigat et pec cata ɔsumat Vnde quia tales fructus mater ꝟtutũ con tinẽcia parit et ieiunãtes a viciis ad ieffabilia oblectam̃ tã pducit studiosiori nũc ope dilectissimi exeq̃m̃ p̃cepta celestia ꝛ quia totũ paschale sacramẽtũ i remissione ẽ cõ ditum peccatoꝝ quod celebrare optam9 imitem̃·Mi= sericors eñ ꝛ iustus domin9 ita pmittit indulgẽciaꝫ suã

vt eam eciaȝ quibus parcet in daget · Exponens enim ipse qua regula nos deo patri voluit supplicare si dimiseritis inquit hominibꝰ peccata eorum · dimittet et vobis pater vester qui in celis est peccata vestra Si aūt nō dimiseritis hominibꝰ nec pater vester dimittet vobis pccā vestra Justa prorsus et benigna odicio · qua diuine potencie fit particeps homo · vt sentenciā dei ex suo liberet arbitrio vt eo sibi iudicio obstringat dominū quo iudicauerit ipse conseruū · siue itaqꝫ circa equales · seu circa obiectos nature parilitas diligat̄ et q̄ a nemo nō peccat nemo nō parcat · non difficulter p̄stemus quod gratulant̄ accepimus vt siue largitate elemosinaꝝ · siue indulgēcia peccatorum · quantomagis fuerimꝰ misericordes · tāto simus perfectius innocentes Per dominum nostrum · ⁊c̄

Lectio sancti euāgeliȷ̄ secūdū matheum ·

In illo tēpore assumpsit ihesus petrum et iacobū ⁊ iohēȝ fratrem eius · et duxit illos in montem excelsum seorsum Et reliqua · Omelia lectionis eiusdeȝ beati leonis pape

Euangelica lectio dilectissimi que p aures corpis interiorem mētium nostraꝝ pulsauit auditū · ad magni sacramenti nos intelligēciam vocat · quā aspirāte gr̄a dei facilꝰ assequemꝰ si ɔsideracōneȝ nr̄am ad ea que paulo sunt superiꝰ enarrata referamꝰ · Saluator enim humani generis deus cristꝰ condēs eam fidē · q̄ ⁊ impios ad iusticiam et mortuos reuocat ad vitam ad hr̄ discipulos suos doctrine monitis ⁊ opeꝝ miraculis imbuebat vt idem et vnigenitus dei et hominis filius crederetur · Nam vnum horum sine alio non pderat ad salutem · Et equalis erat periculi dominum ihesum cristnm · aut deuȝ tantummodo sine homine · aut sine deo solum hominem credidisse · cum vtrumqꝫ esset pariter confitenduȝ · quia sicut deo vera huānitas · ita homini inerat vera diuinitas Ad confirmādam ergo huius fidei saluberrimaȝ cognicionem interrogauerat discipulos suos dominus inter

diuersas alioꝝ opiniones· q̄d ipi de eo crederet· q̄d ve sentirent Ubi apostolus petrus preuelacōne summi patris corpea superans ⁊ humana trāscendens· vidit mētis oculis filiū dei viui ⁊ ꝯfessus est gloriā deitatis quia non ad solā respexit substāciam carnis ⁊ sanguinis· Tantūqꝫ in hac fidei sublimitate ꝯplacuit vt beatitudinis felicitate donatus sacrā inuiolabilis petre acciperet firmitatē sup quam fundata ecclesia portis inferni ⁊ mortis legibꝫ preualeret· nec in soluēdis aut ligādis hoīibus· quoꝝcumqꝫ causis aliud ratuꝫ esset in celo q̄p quod petri sedisset arbitrio· Nec autem dilectissimi laudate intelligēcie celsitudo instruēda erat de inferioris substācie sacramento· ne apostolica fides ad gloriā ꝯfitendē in cristo deitatis euecta· infirmitatis nostre recepcionē indignam impassibili deo· atqꝫ incongruā iudicaret· et ita iam in ipo humanā crederet glorificataꝫ esse naturā vt nec supplicio posset affici nec morte dissolui Et ideo dicente domino quod oportēt eū ire iherosolimā ⁊ multa pati a senioribus et scribis et p̄ncipibus sacerdotuꝫ ⁊ occidi· et tercia die resurgere· cum beatus petrus qui supno illustrat9 lumine de ardētissima filij dei ꝯfessione feruebat· cōtumelias illusionum et crudelissime mortis obꝓbriūꝫ religiōso vt putabat et libero fastidio respuissꝫ· benigna ab ihesu increpacione corrept9· et ad cupiditatē ptitipande cuꝫ eo passionis animatus est subsequens em̄ exhortacio saluatoris hoc inspirauit· hoc docuit vt volētes eum sequi negarēt se sibi· et ꝑ spe eternoꝝ leuissimū ducerēt tēporaliū detrimētuꝫ qꝛ is demū aīam suā saluā facēt· q̄ eam ꝑ cristo pdē nō timeret· vt ergo istā felicis ꝯstācie fortitudinē· toto apostoli corde concipent vt nil de suscipiēde crucis asperitate trepidarent vt de supplicio cristi ñ erubescerent· nec pudēdam eam sibi pacienciā crederēt que sic subitura erat seuiciam passionis vt nō amitteret gloriā potestatis Assumpsit ihesus petrū ⁊ iacobū ⁊ frēꝫ

illum esse in dolore et plaga et vexacône Ipse aũt vulneratus est ꝑpter facinora nostra· ⁊ infirmatus ẽ ꝑpter peccata nostra et liuore ei9 sanati sumus Cuȝ itaqȝ dilectissimi dei filius dicit pater· si fieri potest transeat a me calix iste· nostre vti͂ť voce nature et causam agit fragilitatis et trepidacõnis humane vt in his que tolleranda sunt et paciẽcia roboreť ⁊ formido pellatur· Deniqȝ cessans hoc ipsum petẽ excusato quodãmodo nostre ĩfirmitatis metu in quo nobis remanere nõ expedit in alium affectum trãsit et dicit Verumtamen non sicut ego volo sed sic tu Et iterum· si nõ potest inquit calix iste trãsire a me nisi bibã illum· fiat voluntas tua Hec vox capitis· salus est tocius corporis Hec vox omnes fideles instruxit· omnes ꝯfessores accendit· omẽs martires coronauit Nam q̇s mũdi odia quis tẽptationum turbines· quis posset ꝑsecutoꝝ supaȓ terrores nisi cristus in omnib9 et ꝑ omibus patri diceret Fiat voluntas tua Discant igiť hãc voceȝ omẽs ecclesie filij· magno precio redẽpti· gratis iustificati· ⁊ cũ ad uersitas violencie alicuius tẽptacionis incubuerit presidio potentissime racionis vtantur vt supato tremore formidinis accipiãt tollerãtiã passionis· Hinc iam dilectissimi ad ꝯstringẽdum ordinem dominice passionis sermo ẽ dirigend9· quẽ ne vos cumulo ꝓlixitatis onerem9 · in quartam feriam diuiso labore differemus· aderit p̄cantib9 vobis gracia dei que michi soluẽdi debiti tribuat facultatem Per dominum nostrum ihesum xp̄m filium tuum ⁊c̄

¶ De eodem sermo octauus

Decursis dilectissimi sermone ꝓximo his que con prehensionẽ domini p̄cesserunt supest nũc vt auxiliante dei gracia de ipso iam passionis ordine sic ꝓmisimus disseram9· Nam cũ verbis sacre oracionis sue domin9 declarassȝ verissime sibi atqȝ plenissime ⁊ huãnaȝ et diuinã inesse naturaȝ · ostendẽs vnde esset quod pati nollet et vnde qđ vellet· depulsa trepidacõe ĩfirmitatis

et confirmata magnanimitate virtutis rediit in sentēciā sue dispoficōnis eterne· et seuienti diabolo p ministeria iudeoꝝ formam serui nichil peccati habentis obiecit· vt per eam ageretur omniuꝫ causa· in quo sola erat oīm natura sine culpa · Irruerunt ergo in lumine verum filii tenebrarū et vtentes faculis atqꝫ laternis nō euaserunt ifidelitas sue noctēꝫ quia non intellexerūt lucis autorem Occupant patum teneri et trahunt volenteꝫ trahi· qui si vellet obmiti· nichil quidem in iniuriam eius impie manus possent· sed mundi redēpcio differret vt nullum saluaret illesus· qui p omniū salute erat moriturꝰ· Sinens igit̄ inferri sibi quicquid sacardotum instinctu furor popularis audebat· ad annam cayphe socerum · ac dem̄ ad cayphā ex anne trāsmissione pducitur· et post insanas calumpniātium voces post cōmenticias subornatorum testiū falsitates ad examen pilati pontificum delegacōne transfertur qui diuino iure neglecto· clamātes se regeꝫ non habere nisi cesarem tamq̄ romanis deuoti legibus omne iudicium potestati cesaris reseruassent expecierūt executorem magis seuicie q̄ arbitrum cause Afferebāt em̄ ihesum duris nexibus vinctuꝫ colaphis ⁊ alaphis frequentibꝰ cesum sputis oblitum· clamoribꝰ p̄dāpnatum vt inter tot p̄iudicia quem omēs vellent pire non auderet pilatus absoluere Deniqꝫ ne in accusato eum reperisse culpam nec in sentencia sua tenuisse constanciaꝫ· docet ipsa cognicio in qua iudex quem innocentem pronunciat dampnat adiciens iniquo populo sanguinem iusti a quo abstinēdum sibi ⁊ intellectu proprio senserat· et somno vxoris agnouerat· Non purgant contaminatum animum manꝰlote· nec in asperis aqua digitis expiat̄ quod famulante impia mente conmittitur· Excessit quidem pilati culpam facinus iudeorum· qui illum nomine cesaris territum· et inuidiosis vocibus increpatum ad effectum sui sceleris impulerunt · Sed nec ipse euasit reatum qui

coopatus sediciosis reliquit iudiciū ꝓprium · et in crimē transiuit alienum· q̄ ergo pilatus dilectissimi implacabi lis populi victus infamia· multis ihesum dehonestari ludi brijs et inmodicis vexari permisit iniurijs· q̄ qȝ eum fla= gellis cesum· spinis coronatum· et amictu irrisorie vestis indutum· ꝑsequētiuȝ ostentauit aspectui mitigādos ꝓcul dubio inimicoꝝ animos estiāuit· vt exsaturatis inuidie odijs non vltra iam crederent ꝑsequēdum· queȝ tot mo dis intuebātur afflictum· Sed cum inardesceret ira cla mantium· vt barrabam indulgētia relaxaret et cristum crucis pena susciperet· cum cōsono fremitu diceret̄ a tur bis Sanguis ei9 sup nos et sup filios nostros· obtinue= runt iniqui in dāpnacionē suam quod ꝑtinacit̄ exigebāt quorum dētes sicut ꝓpheta testatus est arma erant et sa= gitte ⁊ ligua eoꝝ gladius acutus Frustra em̄ a crucifi gendo maiestatis domino manus ꝓprias continebant· in quem letalia vocum spicula et venenata verboꝝ tela ia ciebant· Vobis vobis falsi iudei et sacrilegi p̄ncipes po= puli totum facinoris istius pondus incumbit Et licet in manitas sceleris ⁊ presidē obligarit et milites· omnis tm̄ facti summa vos arguit· Et quicquid in supplicio xp̄i vel pilati peccauit iudicium vel cohortis obsequium hoc vos facit humani generis digniores odio · quia vestri furo· ris inpulsu nec illis innocentes esse licuit· quibus iniqui= tas vestra non placuit Traditus itaqȝ domin9 seuiētiuȝ voluntati ad irrisionem regie dignitatis supplicij sui ius sus est esse gestator vt impleret̄ quod ysaias ꝓpheta pre uiderat dicens Ecce natus ē puer et datus est nobis fi= lius· cuius imperiū sup humeros eius Cum ergo domin9 lignum portaret crucis quod in sceptrum sibi conuertēt potestatis· erat quideȝ hoc apud impiorū oculos grāde ludibrium· sed maīfestabatur fidelib9 grande misteriuȝ Quia glosissi9 diaboli victor et inimicaꝝ ꝟtutum po= tētissim9 debellator· pulchra specie triūphi sui portabat

tropheum·et inuicte paciencie humeris signū salutis ado
randum regnis omnib9 inferebat·tanq̄ et tūc ipsa opis
sui ymagine omnes imitatores suos ꝯfirmaret et diceret
qui non accipit crucē suam et sequit̄ me nō est me dign9
Euntibus aūt cū ihesu turbis ad locū pene· symon quidē
cyreneus inuentus est in quez lignum supplicij trāsferret̄
a domino vt eciā tali f esto ꝓsignaret̄ gentium fides q̇b9
crux xp̄i ñ ꝯfusio futa erat·sed g̃lia Nō ergo fortuitū sz
figuratū et misticum fuit·vt iudeis in cristū seuientibz
ad conpaciēduz ei·ꝑegrin9 occurreret dicēte apostolo
si compatimur et ꝯregnabim9·vt in sacratissimo saluato
ris obꝓbrio non hebre9 quisq̄ nec israhelita sed alienige
na subderetur Per hanc em̄ translacōnez a circūcisione
ad prepucium a filijs carnalib9 ad filios sp̄uales inmacu
lati agni ꝓpiciacio et omniū sacramētorū plenitudo trās=
ibat Si quidem pascha nostrum sicut ait apostolus imo
latus est cristus· qui se nouum et verum recōsiliaciōis sa
cramētuz offerens patri non in tēplo cuius iam erat fini=
ta reuerentia nec intra septa ciuitatis ob meritum sui sce
leris diruenda sed foris extra castra crucifix9 ē·vt vete
rum victimaruz cessante misterio·noua hostia nouo impo
neretur altari·et crux cristi non templi esset ara sed mun
di Exaltato igit̄ dilectissimi ꝑ crucem cristo non illa tm̄
species aspectui mentis occurrat que fuit in oculis impi=
orum quibus ꝑ moysen dictuz est·Et erit pendēs vita tua
ante oculos tuos·et timebis die ac nocte et nō credes vi
te tue·Isti em̄ nichil in crucifixo domino preter facin9 su
um cogitare potuerunt·habentes timorem nō quo fides
vera iustificatur·sed quo consciencia iniqua torquetur·
Noster vero intellectus quē spiritus veritatis illuminat
gloriam crucis celo terraqz radiātez puro ac libero cor=
de suscipiat et interiore acie videat quale sit quod domi=
nus cum de passionis sue loqueret̄ instātia dixit·venit ho
ra vt clarificetur filius hominis· Et infra·pater clarifica

filium tuum. Et cum vox patris venisset e celo dicens. ꝛ clarificaui et iterum clarificabo Respondens ihesus circumstantib9 dixit Non ꝓpter me vox hec facta est. sed ꝓpter vos Nunc iudicium ē mūdi. nūc princeps hui9 mūdi eicietur foras. et ego si exaltat9 fuero a terra. omnia traham ad me ipsum O mirabilis potentia crucis o ineffabilis gloria passionis in qua et tribunal dn̄i ꝛ iuditiū mūdi et potestas est crucifixi. Traxisti em̄ omnia domine ad te et cum expandisses tota dei manus tuas ad populū non credētem ꝛ contra dicentem tibi. confitende maiestatis tue sensum totus mūdus accepit Traxisti domine omnia ad te. quoniā in execracōne iudaici sceleris vnam ꝓtulerunt omnia elemēta sententiā. cum obscuratis luminaribus celi et conuerso in noctem die terra quoqȝ motibus quateretur insolitis. vniuersaqȝ creatura impiorū vsui se negaret Traxisti domine oia ad te qm̄ scisso velo tēpli sancta sanctorū ab indignis pontificib9 recesserunt vt figura in veritatem. ꝓphecia in manifestacōnez. lex in euāgelium verteret̄ Traxisti domine omnia ad te. vt quod i vno iudee tēplo obumbratis significacōibus tegebatur pleno aptoqȝ sacramēto vniuersarum vbiqȝ nacionū deuocio celebraret. Nunc em̄ et ordo clarior leuitarū. ꝛ dignitas amplior seniorum. ꝛ sacracior est vnctio sacerdotuȝ quia crux tua omnium fons benedictionū. omniuȝ est causa graciaruȝ p quā credētibus datur virtus de infirmitate. gloria de obprobrio. vita de morte. Nunc eciam carnalium sacraficiorum varietate cessante. omēs differencias hostiaruȝ vna corpis ꝛ sanguinis tui implet oblacio quoniā tu es verus agnus dei qui tollis peccata mundi. et ita pficis in te vniuersa misteria vt sicut vnuȝ ē ꝓ omni victima sacrificium ita vnum de omni gente fit regnum Confiteamur igit̄ dilectissimi quod beatus magister gencium paulus apostolus gloriosa voce confessus est dicēs Fidelis sermo ꝛ omni accepcōe dignus q2 cristus ihesus

venit in hunc munduꝫ peccatores saluos facere Hinc em̄ mirabilior est erga nos misericordia dei · ꝙ nō pro iustis nec ꝑ sanctis · sed pro iniquis et impijs cristus est mortu⁹ et cum mortis aculeum recipere non posset natura deitatis suscepit tamē nascēdo ex nobis quod posset offerre ꝑ nobis · Olim em̄ morti nostre mortis sue potētiā minabatur dicens per osee ꝓphetam · Ero mors tua o mors et ero morsus tuus infern i leges em̄ inferni moriendo subijt sed resurgendo dissoluit Et ita perpetuitatē mortis incidit · vt eam de eterna faceret tempaleꝫ · Sicut enim in adam omnes moriunt̄ ita et in cristo omnus viuificabūtur · fiat itaqꝫ dilectissimi quod apostol⁹ ait vt qui viuūt iam nō sibi viuāt · sed ei qui ꝑ omnib⁹ mortuus ē et resurrexit Et quia vetera trāsierunt et facta sunt omnia noua · nemo in carnalis vite vetustate remaneat · sed omnes de die i diē per pietatis augmenta renouētur · quātumlibet em̄ quisqꝫ iustificat⁹ sit · habet tamē dum in hac vita ē quo ꝓbacior esse possit et melior Qui autem proficit deficit · ⁊ qui nichil acquirit · non nichil perdit · currenduꝫ ergo nobis est fidei gressib⁹ misericordie operibus amore iusticie · vt diem redēpcionis nostre spiritualit̄ celebrantes non in fermento veteris malicie et nequicie sed in azimis sinceritatis ⁊ veritatis resurrectionis cristi mereamꝰ esse ꝑticipes Qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum Amen

¶ De eodem sermo nonus

Sacramentum dilectissimi dominice passionis i salutem humani generis ante tēpora eterna dispositum et per multas significacōes omnib⁹ retro seculis nunciatum non ad huc expectamus maīfestanduꝫ sed iam adoramus impletum cōcurrentib⁹ ad erudicōnē nostram ⁊ nouis testimonijs et antiquis dum quod ꝓphetica cecinit tuba · euāgelica pandit historia ⁊ sicut scriptum est Abissus abissum inuocat in voce catharactarum

Quoniā ad enarrādam gloriā gracie dei paribus sibi vocibus vtriusq₃ testamenti altitudo respondet· et qđ erat sub velamine figurarꝝ ꝓfunduꝫ sit reuelata luce pſpicuū Si eñ inter illa miracula saluatoris que sub populorum gerebantur aspectu·pauci veritatis pñsenciaꝫ sentiebant· ipsiq₃ discipuli volūtaria domini passione turbati non euaserunt scandaluꝫ crucis sine tēptacione formidinis·vnde fides nostra intelligenciaꝫ sumeret vnde ꝯstancia robur accipet nisi que facta cognoscim⁹ pdicta legerem⁹ Peracto igit̄ dilectissimi saluatoris triumpho et consumatis dispensacōnibus quas omnia veteris testamenti eloquia nunciarunt·lugeat carnalis iudeus sed spiritualis gaudeat cristianus· Et festiuitas q̄ illis conuersa est in noctē nobis coruscet in lucem·quoniā crux cristi eadē est ⁊ credentium gloria et non credēciuꝫ pena·quāuis eñ pſequēcium furor nichil aliud in dominū maiestatis opat⁹ sit q̄ꝫ atrocem crudelitateꝫ et imite suppliciū ·redēptis hac tñ domini passione verior iustiorq₃ letandi est racio q̄ꝫ dolendi Fuerit tūc discipulorꝫ excusabilis pauor·ne diffidēcie culpam apostolicus meror inciderit· qñ concurrentibus ad vnū scelus iudeis iudeorumq₃ principibus·superbus taurorum pinguiū tumor· et proterua vitulatoruꝫ petulancia seuiebat quādo sub oculis ouium pastoris iusti sanguinem frementiū bestiarū rabies expetebat · qñ deniq₃ eciā ipse qui pati venerat de nostre nature ꝯmunione dicebat tristis est anima mea vsq₃ ad mortem Nunc auteꝫ postq̄ꝫ susceptcōne infirmitatis potentia ē clarificata virtutis nulla fideliū mestitudine paschalis est obscuranda solēpnitas nec cum tristicia nobis gestoruꝫ ordo recolendus est cum ita domin⁹ vsus sit malicia iudeorꝫ·vt de intencione facinoris voluntas sit impleta miserentis· si aūt in exitu israhel de egypto· agni sanguis fuit restitucō libertatis et sacratissima est facta festiuitas que p hostiam pecudis irā auerterat vastatoris·q̄nta populis cristiāis

concipienda sunt gaudia ꝑ quibus omnipotens pater fi
lio suo vnigenito nō pepcit· sed ꝑ nobis omibus tradidit
illum vt in occisione cristi pascha esset veruȝ ⁊ singulare
sacrificiuȝ· quo non ex dominacōne pharaonis vnꝰ popu
lus· sed ex diaboli captiuitate totꝰ mūdus eruitur Hoc
ergo illud est dilectissimi sacramētum cui ab inicio omia
sunt famulata misteria· Nunc sanguis iusti abel mortem
sumi pastoris alloquitur et in parricidio iudeoꝝ capn in
terfectoꝛ fratris agnoscit̄ Nunc diluuiū ⁊ noe archa ma-
nifestat quid sit renouacionis in baptismo ⁊ quid salutis
in ligno Nunc abrahaȝ gentium pater ꝓmissos acquirit
heredes et in semine eius nō germen carnis· sed fidei pro
pago benedicit̄ Nunc ad p̄nunciatuȝ festis omnibꝰ festū
sacer nouorum mensis emicuit· vt in quo accepit mundꝰ
exordium· in eodeȝ haberet cristiana creatura p̄ncipium
Quamuis igit̄ furentes iudei fecerint in dominum ihesuȝ
quecūqꝫ voluerūt· et suscepti hominis veritatē nullis eoꝝ
ausibus potestas diuina subtraxerit· paciēcia tamen dn̄i
consilij sui munꝰ impleuit· et pertinacia sacrilege crudeli
tatis ꝓfecit opi saluatoris qđ nō scribe non pharisei nec
summi intellexere pontifices· si em̄ cognouissent nunꝙ do
minū glorie crucifixissent Nec ip̄e diabolus intellexerat
ꝙ seuiendo in cristum suū destrueret p̄ncipatum· qui anti
que fraudis iura non ꝑderet si se a domini ihesu sanguine
contineret · sed malicia nocendi auidus dum irruit ruit·
dum capit captus est· et dum· ꝑsequitur mortalē· incidit
in saluatorem Inuenit sane in illo molimine inprudentis
audacie dignū coopatorem dignūqꝫ consortem· cum im
pius iudas maluit minister esse diaboli· ꝙ apostolus xp̄i·
quem non timoris ꝑturbacione deseruit· sed pecunie cu-
piditate distraxit Videte dilectissimi et prudent̄ inspici
te que germina et quales fructꝰ de auaricie stirpe nascā-
tur· quam merito apostolus radicem esse maloꝝ omnium
definiuit· quia nullum peccatum sine cupiditate omittit̄

et omnis illicitus appetitus istius auiditatis est morbus Amori pecunie vilis ē omnis affectio· et anima lucri cupida eciā ꝑ exiguo perire non metuit Nullumq₃ est iusticie in illo corde vestigiū in quo sibi auaricia fecit habitaculum Hoc pfidus iudas inebriatus veneno· dū sitit lucru₃ peruenit ad laqueum·et tam stulte impius fuit vt triginta argenteis ⁊ dominū vēderet et magistrum·cum aūt se ad excipiendū iniquitatis iudicium dei filius pbuisset beatus apostolus petrus cuius fides ea deuocōne feruebat vt et domino cōpati patus esset et conmori·ancilla sacerdotis calūpniante perterritus·ex infirmitate piculum negacionis incurrit Ob hoc sicut apparet hesitare pmissus· vt in ecclesie pncipe remedium penitēcie conderetur·⁊ nemo auderet de sua ꝟtute cōfidere·qn mutabilitatis periculum·nec beatus petr9 potuisset euadere Domin9 aūt ihesus qui intra pontificale consilium solo corpe tenebat̄ trepidacionē discipuli foris positi diuino vidit intuitu ⁊ pauentis animū mox vt respexit erexit et in fletus penitudinis incitauit· Felices sancte apostole lacrime tue·q̄ ad diluendam culpā negacionis virtutē sacri habuere baptismatis Affuit em̄ dextra domini nostri ihesu cristi q̄ labētē priusq̄ deicereris excipet·⁊ firmitatē standi in ipso cadendi piculo recepisti vidit in te domin9 non fide₃ fictā non dilectionē auersam sed ↄstanciam fuisse turbatā Habundauit fletus vbi nō defecit affectus et fons caritatis lauit verba formidinis Nec tardatum ē remediu₃ abolicionis vbi non fuit iudicium voluntatis·cito itā in soliditatem suam redijt petra tātam recipiens fortitudine₃ vt quod tunc in cristi expauerat passione in suo post supplicio non timeret

De eodem sermo decimus

Cum multis modis dilectissimi iudaica ipietas laboraret vt occasio nē aliquam ppetrandi in dominum ihesum sceleris inueniret ⁊ mēdacia que falsi

testes iniustis sacerdotib9 famulādo ptulerāt· nichil qd morte dignū esset afferrēt· hoc quasi isepabile repererūt vt dominum mūdi affectati regni inuidia purgerēt· cūqȝ pilatus ihesum quē frustra videbat argui vellet absolui calūpniose et minaciter conclamarunt Si hūc dimittis non es amic9 cesaris· omnis eīn qui se regem facit· contdicit cesari Stultam insimulacōnem imprudenter pilate timuisti· sed formidabile fuerit nomē regiū vt p imperio cesaris opprimi debuerit noue molicio potestatis· si dominandi consilium tyranicus tibi pdidit apparatus· si puisio armoꝝ· si cōgregacio diuiciaꝝ· si pīsidia detecta sunt militum· Quid eū grauari finis de affectata potēcia· cui9 specialis fuit de humilitate doctrina Romanis legib9 nō contradixit cēsum subijt· didragma soluit vectigalia nō inhibuit· que dei sunt deo· et que sunt cesaris cesari reddēda constituit· pauptatem elegit· obedienciā suasit māsuetudinē pdicauit hoc est vere nō impugnare cesarem· sed iuuare Verumtamē ne totum inanis videatur iudeoꝝ obiectio· discute diligencius preses quid de domini ihu operibus notum sit· quid de potestate comptum· cecis visum surdis auditum· claudis gressum· mutis donauit eloquiū febres abegit· dolores resoluit· demonia eiecit· mortuos viuificauit· mari et vētis vt qescerent impauit Magnū prorsus regem ista demonstrant· qui nō huāna excellat potencia· sed virtute diuina· hanc ergo iudei obiciāt potestatem· omittent actionē suā· et hoc pferant ore quod tenent corde Quare de terrenis calūpniātur qui celestia psequunt· quāuis ergo pilatus onerosū sibi inuidiosum qȝ sentiret· qȝ eū iudei de neglectu amicicie cesaris impetebant· aliquā diu tn̄ furorem eoꝝ mitigare conatus est et ideo dominum ihesum diuersis contumelijs affici aut pmisit aut iussit vt saciata iniquitas de innocētis iniurijs vlterius non seuiret· sed ptinax malicia pprijs crescebat augmētis· et in quem obtinuerat ius illusionis· exigebat

et mortis Vnde cū et summi sacerdotes et principes iudeorum omnisqȝ multitudo· crebris vocib9 acclamarēt· crucifige crucifige· tradidit ihm psequenciū voluntati· barraba il lis latrone dimisso· vt q̄ in die festo auctorē iterficiebant vite· ipunitas eis pstaret homicide· Eunte itaqȝ dilectissimi ad locū clarificacōis sue dn̄o· et mia ab ipiorum tabernacul' exeūte· vt ipleret qd scriptū ē Longe ē a peccatorib9 sal9 seqbat eū multitudo populi ⁊ mulierum plāgenciū et lamē tanciū euȝ Solet em̄ sex9 infirmior eē p his q̄ morte sunt digni i lacrimas ꝯmoueri· et dāpnatorum exit9 p nate cois ꝯsideracōe misereri· sed istū sibi plāctuȝ dn̄s ihs dedignat impēdi· qr nō decebat luct9 triūphuȝ· nec lamēta victoriā Deniqȝ ꝯuers9 ad eas· filie inqt iherusalē nolite flere sup me· sȝ sup vosmetipas flete ⁊ filios vr̄os qr venient dies in q̄ bus dicēt Beate steriles ⁊ vētres q̄ nō genuerūt· ⁊ vbera que nō lactauerūt· Vbi ē tr̄sticia crucifigēdi vbi formido morituri nō terret passuri animū hora supplicij ⁊ docens p se nullā flēdi esse rōneȝ iducit penitēciā denunciādo vindi ctā Non ē inqt qd dolē in me iherusalē filie debeatis· p vo bis plāgite p filijs vr̄is eiulate sup illos fūdant isti plora tus· quos tales visceā vr̄a pepererūt Lugēduȝ plangēdū qȝ vobis est nō de saluatore credenciū· sed de impietate p eunciū Ego crucē volens pacior et mortē quā sum pempturus admitto Nolite flere p mōdi redēpcione morienteȝ quē in maiestate patris videbitis iudicātē Exaltat9 aūt ihesus xp̄s in ligno retorsit morteȝ in mortis auctorem· et omnes pncipatus aduersasqȝ virtutes p obiectionē passibilis carnis elisit· admittēs in se antiqui hostis audaciaȝ qui in obnoxiā sibi seuiendo naturā eciā ibi exactor esse au sus est debiti· vbi nullum potuit vestigiū inueniri peccati· Euacuatū est ergo generale illud vendicionis nostre ⁊ le tale cyrographū ⁊ pactū captiuitatis i ius trāsijt redēptoris Claui qui manus dn̄i pedesqȝ transfoderāt ppetuis diabolū fixere vulneribus et sanctorum pena mēbrorum·

inimicarum fuit interfectio potestatū sic suam cristo ɔsumāte victoriā vt in ipso ꝛ cum ipso omēs qui in eum crederēt triūpharent. Cum ergo dn̄s crucifixi corpis eleuacōe sublimis reconsiliacionē mūdi exequeret in quadā arce supplicij latronemq3 ɔuersum ad paɫdisi vocaret habitaculū vos pncipes iudeorum legisq3 doctores nec ɔsciencie impietate ɔpuncti nec effectu sceleris mitigati fixuris clauorum addebatis tela linguarū dicentes alios saluos fecit seipsum saluū facere nescit si rex israhel ē descēdat nūc de cruce et credimus ei Sed his vocibus vr̄is stultis atq3 blasphemijs reddūt oīa elementa respōsum ꝛ vnā simul in vos sentenciā ferunt Celum terra sol sideraq3 īdignos vos suo misterio ꝑtestātes terribili motu insolitoq3 defectu tenebras mundo vr̄e cecitatis ostendūt ꝙ si ad arguēdos vos nec celestia nec inferna sufficiūt ꝛ crucē cristi magis potuerūt petre atq3 monumēta ꝙ̄ vestra corda sentire saltē qđ in tēplo actum est scienter aduertite velum cui9 obiectu intercludebāt̄ sancta sanctorum a sumo vsq3 ad yma diruptum est et sacrum illud misticūq3 secretū qđ sol9 sum9 pōtifex iussus fueāt intrare reseratum ē vt nichil iā esset discrecioīs vbi nichil resedeāt sanctitatis Repudiatos ita q3 vos debuistis agnoscē ꝛ oīe ius sacdocij pdidisse qꝛ verum eāt qđ vobis veritas dixeāt Si crederetis moysi crederetis ꝛ michi Merito ergo vos testamētū vtrūq3 ɔdēpnat ꝛ gracia vacuos ꝛ lege ꝑuatos qui ideo resistitis nouis qꝛ non credidistis antiq̄s Nos aūt dilectissimi qui ab ignorācie tenebris liberati fidei lumē accepim9 ꝛ in noui testamēti hereditatē p electionē adopcionis intrauimus in festiuitate quā isrl̄ carnalis pdidit gaudeam9 qm̄ pascha nostrū imolatus ē cristus p cuius ineffabilē graciā oīm crismatuz benedictione ditamī ꝛ ita in nouitatē a vetustate trāsferimur vt nō solum paɫdisi restituamur habitaculo sed eciam regni celestis glorie preparemur adiuuante domino nostro ihesu cristo

De eodem sermo vndecimus.

Desiderata nobis dilectissimi et vniuerso optabilis mundo adest festiuitas dominice passionis que nos inter exultaciones spiritualium gaudiorum silere non patitur. Quia et si difficile est de eadem solennitate sepius digne apteqz disserere. non est tamen liberum sacerdoti in tanto diuine misericordie sacramento fidelibus populis subtrahere sermonis officium. cum ipsa materia ex eo qꝫ est ineffabilis fandi tribuat facultatem nec possit deficere quod dicatur dum nō potest satis esse quod dicitur. Succumbat ergo humana infirmitas glorie dei. et in explicandis operib9 misericordie eius imparem se semꝑ inueniat. Laboremus sensu. hereamus ingenio. deficiamus eloquio. bonum est vt nobis parum sit quod eciam recte de domini maiestate sentimus. Dicente enī propheta. querite dominum et cōfirmamini. querite faciem eius semper. nemini ꝑsumēdum est qꝫ totum quod querit inuenerit nec definat propinquare qui cessarit accedere. Quid autem inter omnia opera dei in quibus humane admiracōnis fatigatur intencio. ita cōtemplacionem mentis nostre et oblectat et superat. sicut passio saluatoris. De cuius omnipotencia que ei cum patre vni9 et equalis essencie est. quociens vt possumus cogitam9. mirabilior nobis fit in deo humilitas qꝫ potestas. Et difficilius capitur maiestatis diuine exinanicō qꝫ seruilis forme in suma prouectio. sed multum nos ad intellectum iuuat. qꝫ licet aliud sit creator aliud creatura aliud deitas inuiolabilis aliud caro passibilis in vnam tamē personam cōcurrit proprietas vtriusqz substancie. vt siue infirmitatibus siue in virtutibus eiusdem sit contumelia cuius et gloria. Hec fidei regula dilectissimi quaz in ipso exordio simboli ꝑ auctoritatē apostolice institucionis accepimus ihesum cristum dominum nostrum quem filium dei patris omnipotentis vnicum dicimus eundem de spiritu sancto

natum et ex maria virgine confitemur Nec ab eiusdē maiestate discedimus cum ipsum crucifixum et mortuum et die tercia credimus suscitatum · Omnia enī que dei sunt et que hominis · simul et humanitas expleuit et deitas · vt dum passibili impassibilis inest · nec virt9 infirmitate affici nec infirmitas possit virtute superari Merito beatus petrus in huius vnitatis cōfessione laudatus est qui cum dominus quid de ipso intelligerent discipuli scrutaretur omnium celerrime secretiora preueniens · tu es inquit cristus dei viui · Quod vtiqz non reuelāte vidit carne vel sanguine · quorum obiectu interiores oculi poterant impediri · sed ipso spiritu patris in corde operante credentis vt ad regimen tocius ecclesie preparatus · primum disceret quod doceret et pro soliditate fidei quam erat predicaturus audiret · Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et porte inferi non preualebunt aduersus eam Cristiane igit̄ fidei fortitudo que portas mortis supra inexpugnabilem petrā edificata nō metuit · vnum dominum ihesum cristum et verum deum · et verum hominem confitetur · eundez credens filium virginis qui auctor est matris · eundem natum in fine seculorum qui creator est temporum eundez dominum omniū virtutum et vnum de stirpe mortalium eundem peccati nescium · et in similitudine carnis peccati · pro peccatoribus immolatum · Qui vt humanū genus vinculis mortifere preuaricacōnis absolueret et seuienti diabolo potenciam sue maiestatis occuluit ⁊ infirmitatez nostre humilitatis obiecit Si enī crudelis ⁊ sup̄bus inimic9 consiliuz misericordie dei nosse potuissz · iudeoꝝ aīos māsuetudīe pocius tēpare q̄ iniustis odijs studuissz accēdere ne oīm captiuoꝝ amittēt seruitutē · dū nichil sibi debētis p̄sequit̄ libertatē Fefellit ergo illū malignitas sua · intulit suppliciū filio dei quod cunctis filijs hominum in remedium verteretur · fudit sanguinem iustum qui reconsiliando mundo et

precium esset et poculum Suscepit dominus quod secū-
dum propositum sue voluntatis elegit. Admisit in se im-
pias manus furentium que dum proprio incumbunt sce-
leri. famulate sunt redemptori. cuius eciam circa inter-
fectores suos tanta erat pietatis affectio vt de cruce sup
plicans patri. non se vindicari. sed illis postularet igno-
sci dicens. pater ignosce illis quia nesciunt quid faciūt
De cuius vtiqȝ oracionis potencia fuit vt predicacio pe
tri apostoli ex his qui dixerunt sanguis huius super nos
et super filios nostros. multorum ad penitenciam corda
converteret et vno die baptisarentur tria fere milia iude
orum. fieretqȝ omnium cor vnum et anima vna. parato-
rum ꝑ eo mori quē. poposcerāt crucifigi Ad hanc indul
genciam traditor iudas peruenire non potuit. quoniaȝ
perdicionis filius cui diabolus stabat a dextris prius in
desperacionem transijt ꝙ sacramētum cristus generalis
redempcionis impleret. Nam mortuo ꝓ omnibus impijs
domino potuisset eciam forte hic cōsequi remedium si nō
festinasset ad laqueuȝ. sed maligno cordi nūc furtis frau
dium dedito nunc patricidalibus commercijs occupato
Nichil vnq̄m documentorum misericordie saluatoris in-
sederat. nec pijs acceperat auribus verba dn̄i dicentis
Non veni vocare iustos. sed peccatores. et venit filius
hominis querere et saluare quod perierat. Nec intellexe
rat clemenciam cristi qui non solum corporeis infirmita-
tibus medebat. sed eciam vulnera debilium curabat ani
marum dicens paralitico. confide fili remittūtur tibi pec
cata tua Dicens et oblate sibi adultere. nec ego te con
dempnabo vade ⁊ ampli9 noli peccare vt ꝑ omia opa sua
ondēret i illo aduētu suo saluatorē se mōi venisse n̄ iudicē
a quo itellectu alienat9 ē ipi9 t̄ditor isurrexit i semetip̄m
non iudicio penitentis sed furore per euntis. vt qui vite
auctorem interfectoribus vendidisset in augmentū dāp-
nacionis sue eciam moriendo peccaret. Quod ergo falsi

testes · quod cruenti principes · quod impij sacerdotes in domini nostri ihesu cristi misterio · ignauia presidis et famulatu imperite cohortis egerunt · et detestādum v niuersis seculis et amplectendum fuit · Crux enim domini sicut in iudeorum erat mente crudelis · ita est in crucifixi virtute mirabilis · Furit in vnum populus · et miseretur omnium cristus · Quod seuicia infertur · potestate suscipitur · vt licencia facinorum · eterne opus impleat volūtatis · vnde omnis ordo rerum gestarum quez plenissime euangelica narracio percurrit ita fidelium est accipiendus auditu · vt salua fide actionum que tempore dominice passionis implete sunt · intelligamus non solum remissionem peccatorum in cristo completam sed eciam formā iusticie esse propositam · verum vt hoc diligentius iuuāte domino disseratur · Hec sermonis porcio in quartam sabbati reseruetur aderit vt speram9 gracia dei que nos orantibus vobis faciat promissa complere · Per dominū nostrum ihesum cristum qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat et cetera ·

De eodem sermo duodecimus ·

OMnia quidem tempora dilectissimi cristianorum animas sacramento dominice passionis et resurrectionis exercent · neqꝫ vllum nostre religiōis officium est · quo non tam mundi reconsiliacio · q̄ꝫ humane in cristo nature assumpcio celebretur · Sed nunc vniuersam ecclesiam maiori intelligencia instrui · et spe ferueneiore oportet accēdi · q̄n ipa reꝝ dignitas ita sacratorū dieꝝ recursu ⁊ pagis euāgelice veritatis exp̄mit̄ · vt pascha domini nō tam p̄teritū recoli · q̄ꝫ p̄ns debeat honorari In nullo igitur ab his que ad crucem domini nostri ihesu cristi pertinēt fidei nostre peregrinetur intuitus et nichil eorum que narracione euangelij retexuntur ocioso

accipiamus auditu· vt quia non defuerunt nec adhuc desunt qui veritatem dominice incarnacionis impūgnent Et ꝙ in vtero virginis matris verbum caro factum est· ꝙ infans editus per incrementa corporea ad perfecte virilitatis profecit etatem· quodq3 crucifixus mortuus ac sepultus die tercia resurrexit in nostre quidem ymaginis forma sed non nostre carnis asserant gestum esse natura Nos ab euangelicis et apostolicis testimonijs nullaten9 recedentes illorum itelligencia roboremur quorum nos certissima experimenta docuerunt vt pie ac constanter possimus dicere quoniam in illis et nos eruditi sumus· et quod viderunt vidimus· et quod didicerunt didicimus Quod contractauerunt palpauimus· Et ideo in passione domini non conturbamur· quia in generacione nō fallimur· Scimus etenim dilectissimi et toto corde profitemur patris et filij et spiritus sancti vnam esse deitatem· et consubstancialem sempiterne trinitatis essenciā in nullo a se diuisam· in nullo esse diuersam· quia simul est in temporalis simul incommutabilis· simul quod est esse non desinens In hac autem ineffabili vnitate trinitatis· cuius in omnibus conmunia sunt opera atq3 iudicia· reparacionem humani generis proprie filij psona suscepit· vt quoniam ipse est per quem omnia facta sunt ⁊ sine quo factum est nichil quiq3 plasmatum de limo terre hominem· flatu vite racionalis animauit· idest naturam nostra3 ab eternitatis arce deiectam amisse restitueret dignitati· et cuius erat conditor· esset eciam reformator sic consilium suum dirigens in effectum· vt ad dominacione3 diaboli destruendam magis vteretur iusticia racōnis· ꝙ̄ potestate ꝟtutis q: ergo pmi hoīs vniuersa posteritas vno sil vulnē sauciata corruerat nec vlla sanctoꝝ merita odicōnē poterant illate mortis euincere venit e celo medic9 singularis multis sepe significacionibus nunciatus· et prophetica diu pollicitacione promissus· qui manens in forma dei·

et nichil proprie maiestatis amittens · in carnis nostre animeqꝫ natura · sine contagione antique preuaricacionis oriretur · Solus enim beate virginis natus est filius absqꝫ delicto · non extraneus ab hominum genere · sed alienus a crimine · in quo illius ad ymaginem et similitudinem dei conditi · et perfecta esset innocencia et vera natura cum de ade propagine vnus existeret in quo diabolus quod suum diceret non haberet · Qui dum in eum seuit · quem sub peccati lege non tenuit · ius impie dominacionis amisit · Effusio enim pro iniustis sanguinis iusti tam potens fuit ad preuilegium · tam diues ad precium · vt si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet · Nullum tyrannica vincula retinerent · Quoniam sicut apostolus ait · vbi habundauit peccatum superhabundauit et gracia · Et cum sub peccati preiudicio nati potestatem acceperint ad iusticiam renascendi · Validius donum factum est libertatis q̄m debitum seruitutis · Quam itaqꝫ sibi in huius sacramenti presidio spem relinquunt · qui in saluatoris nostri corpore negauit humane substancie veritatem · Dicant quo sacrificio reconsiliati Quo sanguine sint redempti quis est qui tradidit semet ipsum pro nobis oblacionem et hostiam deo in odorem suauitatis aut quod vnq̄m sacrificium sacratius fuit · q̄p quod verus pontifex altari crucis per immolacōnem sue carnis imposuit · Quamuis enim in cōspectu domini multorum sanctorum preciosa mors fuerat · nullius tamen insontis occisio propiciacio fuit mundi · Acceperunt iusti non dederūt coronas · et de fidelium fortitudine exempla nata sunt paciencie · non dona iusticie · Singulares quippe in singulis mortes fuerunt nec alterius quisq̄p debitum suo funere soluit · cum inter filios hominum solus dominus noster ihesus cristus extiterit in quo omēs crucifixi · omēs mortui omēs sepulti omnes fuerūt eciā suscitati De quibus ipse dicebat · cum exaltatus fuero omnia

trahам ad me·fides eñi vestra iustificans impios·et cre=
ans iustos·ad nature sue tracta pticipem· in illo acquirit
salutē in quo se iuenit innocentē Et qꝛ vnus est mediatoꝛ
dei et hoim homo cristus ihesus·p cōmunionē sui generis
ad pacem puenit deitatis·liberum habens de ei9 potēcia
gloriari qui contra hostem supbum in carnis nostre infir
mitate congressus·his victoriaȝ suā tribuit in quoꝝ coꝛ=
poꝛe triūphauit Cum ergo in vno domino ihesu cristo ve
ro dei atqȝ hominis filio· diuinā confitemur de patre na=
turam humanā de matre substanciā licet verbi dei et car
nis vna psona sit ⁊ vtraqȝ essencia cōmunes habeat actio
nes intelligēde tñ sunt ipoꝝ opeꝝ q̄litate s ⁊ sincere fidei
otemplacōne cernendū ē·ad que ꝓuehat̄ humilitas infir
mitatis ad que inclinetur altitudo ꝩtutis· quid sit quod
caro sine verbo nō agit· ⁊ q̄d quod verbū sine carne non
efficit Sine verbi eñi potencia nec conciperet virgo nec
pareret et sine veritate carnis obuoluta pannis infancia
nō iaceret·sine verbi potencia nō adorarent magi pueruȝ
nouo sidere declaratū·et sine veritate carnis nō iuberetur
puer in egyptum trāsferri·quē herodes cupiebat occidē
sine verbi potēcia nō diceret vox pr̄is missa de celo· Hic
est filius meus dilectus in quo michi cōplacui· et sine ve=
ritate carnis nō ꝓtestaret̄ iohānes Ecce agnus dei ecce
qui tollit peccata mūdi· Sine verbi potencia nō fieret re=
integracio debilium et viuificacio mortuorum ⁊ sine veri=
tate carnis nec cib9 ieiunio nec sompnus esset necessari9
fatigato Postremo sine verbi potēcia nō se dominus no=
ster patri ꝓfiteret̄ equalē· ⁊ sine veritate carnis nō dicēt
patrē se esse maioꝛē cū catholica fides vtrumqȝ suscipiat
vtrūqȝ defendat· q̄ ẜm ꝓpetatem diuine humaneqȝ sube
vnū dei filiū ⁊ hoieȝ credit ⁊ verbū· Multa sunt dilectissi
mi q̄ ad exposicōem hui9 quā p̄dicam9 fidei·de toto scrip
turaꝝ coꝛpe possem9 assumē· qꝛ nichil sepi9 diuinis ōmē
dat̄ eloquijs· ꝙ dei filius ẜm deitatē sempitern9 ex patre

et idem secundum carnē temporalis ex matre· sed ne cari tatis vestre fatiget auditus hodierno sermoni adhiben= dus est modus vt quarta sabbati que sunt adicienda ser uemus auxiliāte dn̄o n̄ro ihesu cristo qui cum patre et spi ritu sancto viuit et regnat in secula seculoꝝ Amen ·

De eodem sermo tredecimus

Euangelica leccio dilectissimi que sacratissimā do minice passionis reserauit historiā · ita vniuerse ecclesie nota est de cōmuni frequenter auditu· vt rerum gestarum ordinem tanꝗ sub vestris habitū oculis singuli quiqꝫ recolatis· nec parum estimādi sunt ꝓfecisse qui de his que audiūt non dubitāt· nec eciā si non dum si quide aliquod valeant scripturaꝝ capere sacramentum firmissime tn̄ credāt in diuinis libris nullū esse mēdacium Quia ergo sincere fidei ꝓmissa ē intelligencie plenitudo erigat se ad ꝓmerendā sancti spiritus erudicionē illumi nataꝝ menciū vigor· et non ꝯtentus sit facti ordinē nosse nisi eciā ipsam racionē impense sibi pietatis inspiciat vt auctorem suū hūana natura sciendo· quātum ab eo sit di= lecta plus diligat · Miserendi eṁ nostri causā deus nisi in sua bonitate nō habuit et mirabilior ē secūda hominū generacō ꝗ͂ prima cōdicio· quia plus est in nouissimis se culis reparasse deū quod perierat· ꝗ͂ a principio fecisse quod non erat Libertate itaqꝫ innocēcie naturalis quā p̄mo ꝝ patrum p̄uaricacōne ꝑdidimus nulla ꝑ se sanctoꝝ p̄cedē cium merita receperūt· quia lata in transgressores sentē= cia omnē ꝓgeniem captiue posteritatis obstruxit ⁊ nemo extitit exsors dāpnacionis· quia nullus fuit liber a crimie sed redēpcio saluatoris destruens opus diaboli · et rum= pens vincula peccati· ita magne pietatis sue disposuit sa cramētum vt vsqꝫ ad cōsumacionē quidem mūdi p̄finita generacionū multitudo decurreret· sed renouacio origi= nis ꝑ iustificacōnē indiscrete fidei ad omia retro secula ꝑtinēt Incarnacio quippe verbi· ⁊ occisio ac resurrectio

cristi vniuersorum fidelium salus facta est· et sanguis vni9
iusti quē nobis donauit quia eum p reconsiliacōne mūdi
credimus fusum hoc otulit patribus qui similit̄ credidere
fundendū Nichil ergo dilectissimi ab antiquis significa=
cionibus in cristiana religione diuersum est· nec vnq̄ a p̄
cedentib9 iustis nisi in domino ihesu xp̄o sperata saluacio
est· dispensacōōb9 p diuine racione voluntatis variatis
sed in ipsum coruscantibus et legis testimonijs et pphecie
oraculis et oblacōnib9 hostiarum· quia sic ogruebat illos
populos erudiri vt que reuelata nō caperent obumbrata
susciperent· et maior euāgelij esset auctoritas cui tot signis
totq3 misterijs veteris testamēti pagine deseruissent De
quibus dominus pfitebatur quod non venerat legem sol=
uere sed adimplere Non estimet sibi pdesse iudeus q in li
tere carnaliter supficie demorat̄· et his scripturis cōuin=
citur repugnare que apud nos verā sui obtinēt dignita
tem dum et erudimur predictis· et ditamur impletis Di=
cente enī domino Cum exaltatus fuero omnia traham ad
me nichil legalium instructionū nichil pphetica resedit
figurarū quod nō totum in cristi sacramēta trāsierit No
biscum est signaculum circūcisionis· sanctificacō crisma=
tum osecracio sacerdotū· nobiscum puritas sacrificij bap
tismi veritas honor templi· vt merito cessarint nuncij post
q̄ nunciata venerunt Nec vacuat̄ reuerēcia pmissionum
quia plenitudo maīfestata est graciarum· verum quia sicut
ait apostolus· cecitas ex pte in israhel facta est nec q̄ filij
carnis hij filij sunt pmissionis ineffabilis misericordia dei
israheliticum sibi populum de omibus nacionib9 fecit· et
saxeo illo gentilium cordium rigore mollito· veros abra
he filios de lapidib9 excitauit vt oclusis omibus sub pec=
cato· qui carne nati sunt spiritu renascantur· nec inter sit
quo patre sit quisq3 genitus· cum p indiscretā hui9 fidei
confessionē et fons baptismatis faciat innocentes· et ele=
ctio adopcōnis ofirmet heredes quid enī aliud egit crux

cristi q̄ vt destructis inimiciciis recōsiliet̄ mundus deo et p sacrificiū imolati agni verā in pacem cuncta reuocent̄ Non autē concordat deo qui ab ea quā in regeneracōne sua edidit pfessione dissentit et diuini immemor pacti · in‑herere ostendit̄ renūciatis dum resilire inuenitur a credi tis· frustra em̄ cristianū sibi nomē vsurpat et nequaq̄ esti met se pascha dn̄i celebrare q̄ ihm xp̄m in ea q̄ nat9 ꝛ pas sus ꝛ mortu9 ac sepultus ē carne resurrexisse nō credit et nr̄e in illo nature resuscitatas primicias nō fatet̄· Verus itaq3 venerator dn̄ice passionis sic crucifixu3 ihm oculis cordis aspiciat· vt illi9 carnē suā esse cognoscat Contre‑miscat in redēptoris supplicium terrena substācia rūpan tur infidelium mētium petre· ꝛ qui mortalium grauabāt̄ sepulcris discussa obstaculorum mole psiliant Appareāt nunc quoq3 in ciuitate sancta idest in ecclesia dei future resurrectionis indicia · et quod gerendu3 est in corpibus fiat in cordibus Nulli infirmorum crucis ē negata victo ria nec quisq̄ ē cui nō cristi auxilietur oracio Que si mul‑tis in cristum seuientibus pfuit· quātomagis eos qui ad ip̄m cōuertūt̄ adiuuit· sublata ē ignorācia tēpata ē diffi cultas et igneā illā qua vite regio erat inclusa rumpheā cristi sanguis extinxit Vere luci antique noctis cessit ob‑scuritas· Inuitatur ad padisi diuicias popul9 cristian9 et cunctis regeneratis ad amissa3 patriā patefact9 est re ditus si nemo sibi illam faciat viā claudi· q̄ latronis fidei potuit apiri· celebrantes igit̄ dilectissimi paschalis festi ineffabile sacramētum · agnoscamus docente spiritu dei ad cuius glorie pticipacionē vocati et quā spem sumus in gressi· nec ita nos anxie nūc supbe p̄sentis vite occupent actiones· vt non ex toto cordis affectu cōformari redēp‑tori nostro p ipsius exempla nitamur · Nichil em̄ non ad nostrā salute3 aut egit aut ptulit vt virtus que inerat ca piti· inesset eciā et corpori Nam primū ip̄a illa substācie nostre in deitate susceptio· qua verbum caro factum est

et habitauit in nobis· quē hominum misericordie sue nisi infidelem relinquit exsortem · et cui nō conmunis natura cum cristo est· si assumētem recipit· et eo spiritu est regeneratus· quo ille pgenitus· Deinde quis in illo suas non agnoscit infirmitates· quis pcepcionē cibi· requiecionez sompni· sollicitudinē mestitudis· lacrimas pietatis· nō videt forme fuisse seruilis · que qm̄ ab antiquis sanāda vulneribus · et a colluuione erat purganda peccati· ita vnigenitus dei eciā hominis factus est filius vt et omni huāitatis veritate· et diuinitatis plenitudie nō caret· Sicut itaqz nostrum est quod cū vnicione deitatis pepit materna virginitas ita nostrū est quod iudaica crucifixit impietas· Nostrum est qd ex aie iacuit· et quod die tercia resurrexit· quod qz sup omnes celorū altitudines ad dextrā paterne maiestatis ascendit · vt si p viam mādatorū eius incedimus et si que in humilitate corpea nostre impendit saluti nō erubescimus ofiteri· nos quoqz in glorie eius cōsortium pucabamur· qm̄ manifeste qd denūciauit implebitur· Omnis qui ofitebitur me coram hominib9 et ego cōfitebor eum coram patre meo qui in celis est · Huic autez cohortacioni nostre adest atqz auxiliatur gracia dei que incarnacionis cristi et mortis et resurrectionis eius inimicos reuelata p omnes ecclesias veritate destruxit · vt tocius mūdi fideles cū apostolice fidei auctoritate concordes· vna nobiscum exultacōne gauderēt · dicente beato paulo apostolo An ignoratis qr quicūqz baptisati sum9 in cristo ihesu· in morte ipsius baptisati sum9· Consepulti em̄ sumus cum illo p baptismū in morte· vt quomodo surrexit cristus a mortuis p gloriam patris ita et nos in nouitate vite ambule9 Si em̄ conplantati facti sumus similitudini mortis ei9 sil' et resurrectionis erim9 · hoc sciētes qr vetus homo noster simul crucifixus est vt destruatur corpus peccati· vt vltra non seruiam9 peccato · qui em̄ mortuus est iustificatus est a peccato Si aūt mortui sum9 cū

cristo credimus quia simul eciã viuemus cum illo· qui vi-
uit et regnat cum patre et spiritu sancto in secula secu-
lorum · Amen

De eodem sermo decimus quartus

Gloria dilectissimi dominice passionis· de qua nos
eciã hodie locuturos esse pmissimus humilitatis
maxime est miranda misterio· que omnes nos ꝛ re
demit et docuit· vt vnde datum est peccatum· inde iusti-
cia sumeret Omnipotentia enim filij dei· que per eandem
essenciã equalis est patri· po̅tuisset humanū gen9 a domi-
natu diaboli solo impio sue voluntatis eruere nisi diuinis
operibus maxie ɔgruisset vt nequicie hostilis aduersitas
de eo quod vicerat vinceret· et p ipsam materiã natura-
lis repararetur libertas · p quam generalis fuerat illata
captiuitas· Dicente em̄ euãgelista q verbū caro factuʒ
est et habitauit in nobis· et dicente apostolo q deus erãt
in cristo mūdum reconsilians sibi· ostensnm est· quia vni-
genitus sumi patris inijt cum humana huilitate ɔsortiū ·
vt suscepta nostre carnis animeqʒ substãcia · vnus atqʒ
idem dei filius pmaneret· nostra augendo nō ppria· quia
infirmitas erat puehenda non virtus vt cū suo creatori
creatura esset vnita nichil assumpto diuinum nichil assu
menti deesset humanū· hoc consiliū misericordie ꝛ iusticie
dei· licet in p̄teritis seculis quibusdaʒ velaminib9 fuerat
obumbratum· nō tñ ita obtectū est· vt sanctoꝝ qui ab ini
cio vsqʒ ad aduentū dn̄i laudabiles extiterūt intellectui
negaret· cum et pphe̅ticis verbis et rerum gestaꝝ signifi
cacionib9 sal9 que in cristo erat ventura pmissa sit · Quã
non solum qui p̄dicabant adepti sunt· sed eciã omnes qui
p̄dicantibus crediderunt· Vna em̄ fides iustificat vniuer
sorum tēporum sanctos et ad eandem spem fideliū ptinet
quicquid p mediatorem dei ꝛ hoim ihesum cristū· vel nos
confitemur factum vel patres nostri adorauere faciendū
Nec inter iudeos atqʒ gētiles vlla distinctio ē Siquidē

sicut ait apostolus · circumcisio nichil est et prepucium nichil est · sed seruacio mandatorum dei · Que si cum fidei integritate seruentur · veros abrahe filios idest perfectos esse cristianos faciunt · dicente eodem apostolo Quicunque enim in cristo ihesu baptisati estis cristum induistis · non est iudeus neque grecus non est masculus neque femina · omnes enim vnum estis in cristo Si autem vos cristi · ergo abrahe semen estis secundum promissionem heredes Non est ergo dubium dilectissimi naturam humanam in tantam conexionem a filio dei esse susceptam vt non solum in illo homine qui est primogenitus tocius creature sed eciam in omibus sanctis suis vnus idemque sit cristus · et sicut a membris caput · ita a capite diuidi membra non possunt Quamuis enim non istius vite sit sed eterne · vt sit deus omnia in omibus · tamen eciam modo templi sui quod est ecclesia indiuisus habitator est · secundum quod ipse promisit dicens Ecce ego vobiscum sum omibus diebus vsque ad consumacionem seculi Quibus apostolus consonans ait Ipse est caput corporis ecclesie qui est principium primogenitus ex mortuis · vt sit in omnibus ipse primatum tenens quia in ipso conplacuit omnem plenitudinem diuinitatis habitare et per eum reconsiliari omia in ipso His autem et pluribus alijs testimonijs quid insinuatur cordibus nostris · nisi vt per omnia ad eius ymaginem renouemur · qui permanens in forma dei carnis peccati forma esse dignatus est Omnes enim infirmitates nostras · que veniunt de peccato absque peccati comunione suscepit vt famis ac sitis · sompni et lassitudinis meroris ac fletus affectionibus non careret · Doloresque seuissimos vsque ad mortis extrema pateretur · quia nemo posset laqueis mortalitatis absolui nisi ille in quo solo innocens erat natura omnium · sineret se interfici manibus iudeorum Vnde saluator noster filius dei vniuersis in se credentibus ac sacramentum condidit et exemplum · vt vnum apprehenderent renascendo alterum sequerentur imitando · Hoc enim docet beatus petrus apostolus dicens · cristus

passus est pro nobis vobis relinquēs exemplum vt sequamini vestigia eius qui peccatum nō fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceret nō maledicebat. cum pateretur nō cōminabatur Tradebat aūt iudicanti se iniuste qui peccata nostra ipse ptulit in corpe suo super lignum vt peccatis mortui iusticie viuamus. Sicut ergo nemo est credentium dilectissimi cui dona neganda sint gracie. ita nemo est qui non sit cristiane debitor discipline. Quia et si remota est mistice legis asperitas vo'untarie tamē obseruancie creuit vtilitas. dicēte euāgelista iohāne Quia lex p moysen data est gracia autez et veritas p ihesum cristum facta est. Omnia eñ que scdm legez siue in circumcisione carnis. siue in diuersitatib9 hostiarū siue in sabbati obseruācia pcesserunt. cristum testifcata cristi sunt graciam plocuta Et ipse est finis legis nō euacuando significacōnes ipsius sed implendō Qui licet idez sit auctor veterꝝ qui nouorum figuratarū tamen pmissionum sacramēta mutauit. quia pmissa pfecit. et denūciacionibus cessacionen imposuit. quoniā denūciatus aduenit. In preceptis autē moralibus nulla prioris testamēti decreta reprobata. sed euāgelico misterio multa sunt aucta. vt pfectiora et lucidiora essent dantia salutem q̃ promittencia saluatorem Omnia igit̄ que dei filius ad reconsiliacionen mūdi et fecit et docuit non in historia tm̄ preteritarum actionū nouimus. sed eciā in presentium operꝝ virtute sentimus. Ipse est qui de spiritu sancto et matre editus virgine incontaminatā ecclesiam eadez inspiracionē fecundat vt p baptismatis partū innumerabilis filiorum dei multitudo gignat̄ De quibus dicitur. Qui non ex sanguinibus neq3 ex voluntate carnis neq3 voluntate viri sed ex deo nati sunt Ipse ē in quo semē abrahe toci9 mundi adopcōne benedicitur et fit patriarcha gentium pater dum pmissionis filij fide non carne nascunt̄ Ipse ē qui nullius gentis excepcionem faciens de omni nacione

que sub celo est vnum sanctorum ouium efficit gregez et
cottidie implet quod promiserat dicens· Habeo et alias
oues que non sunt ex hoc ouili et illas oportet me adducē
et vocem meam audient et erit vnus grex et vnus pastor
Quamuis em̄ beato petro p̄ncipaliter dicat · pasce oues
meas·ab vno tamen domino ipsa oim regitur cura pasto
rum·et venientes ad petrum tam letis tamq; irri guis pa
scuis alit vt innume oues dileccionis pinguedine robora
te sicut bonus pastor dignatus est p ouibus animam po=
nere·ita et ipse nō dubitent p nomine pastoris occūbere
Ipse est em̄ cui non solum gloriosa martirum fortitudo·
sed eciaz omniū renascencium fides in ipsa regeneracione
compatitur·Dum em̄ renūciatur diabolo· et credit deo·
dum in nouitatem a vetustate trāsitur dum terreni homi=
nis ymago deponitur et celestis forma suscipitur· quedā
species mortis·quedam similitudo resurreccionis interue=
nit vt susceptus a cristo cristumq; suscipiens nō idem sit
post lauacrum·que ante baptismū fuit· sed corpus rege=
nerati fiat caro crucifixi· Hec cōmutacō dilectissimi dex
tre est excelsi qui opatur omnia in omnib9 vt in singulis
fidelibus p bone conuersacōnis qualitatem ipsum pio⁊
opm intelligamus auctorem· gracias agentes misericor
die dei que innumeris crismatum donis· ita vniuersum ec=
clesie corpus exornat vt per multos vni9 luminis radios
idem vbiq; splēdor appareat·nec posset nisi gloria esse cri
sti cuiuslibet meritū cristiani Hoc est illud verū lumen qd
omnē hominem iustificat ⁊ illustrat·hoc est quod eruit de
potestate tenebra⁊ ⁊·transfert in regnū filij dei·hoc ē qd
per nouitatez vite desiderium anime puehit· et concupi
scencia carnis extinguit Hoc est quo pasca domini in azi
mis sinceritatis et veritatis legittime celebratur·dū fer=
mento veteris malicie abiecto·noua creatura de ipso do=
mino inebriatur et pascit̄· Non em̄ aliud agit pticipacio
corpis et sanguinis cristi· q̄ vt in id qd sumimus trāsea9

et in quo mortui et consepulti et presuscitati sum9 ipsum p omnia et spiritu et carne gestemus Dicēte apl'o· Mortui em̄ estis et vita vestra abscondita est cū cristo in deo Cum em̄ cristus apparuerit vita vestra tunc ꝛ vos apparebitis cum ipso in gloria Qui cū patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculoꝝ Amen·

Sermo decimus quintus de eodem·

Sermonem dilectissimi de gloriosa dn̄i nostri ihesu passione ꝑmissum ita et expectacioni vestre intelligo esse reddendum· vt officiū differēdi de festo paschali ɔueniat et aufibus impij erroris occurrat· Qui em̄ dei filium verā nostre carnis negant suscepisse naturam inimici sunt fidei cristiane et euangelicam p̄dicacionem nimis inprudenter impugnant vt scd̄m ipsos crux cristi aut simulacio fuerit fantasmatis aut supplicium deitatis· quod a cordibus pioꝝ longe est repellendum quia catholica integritas· nec maculam pfidie nec rugam potest habere mendacij· que vnum cristū sicut deū sic hoiem confitetur· vt nec falsum hominem nec deum dicat fuisse passibilem· Quamuis ergo ab illo inicio quo in vtero virginis verbum caro factum est nichil vnꝙ̄ inter diuinā humanamqꝫ substanciam diuisionis extiterit· et p omnia incrementa corporea vnius psone fuerint tocius temporis actiones· ea ipsa tamē quo insepabiliter facta sunt nulla permixtione ɔfundimus sed quid cuius nature sit ex opm qualitate sentimus Nec diuina humanis p̄iudicant· nec humana diuinis· cum ita in idipsum vtraqꝫ cōcurrāt· vt in eis nec ꝓprietas absumat̄ nec psona geminetur Transcursis igit̄ his que passionem domini p̄cesserunt· quid documentoꝝ habeat sacramētū paschale tractemus· Nam exardescente ad effectū sui sceleris seuicia iudeoꝝ· cum deus esset in cristo mundū reconsilians sibi nulla vis templo corpis ei9 nisi ipse p̄mitteret potuisset inferri Siquidem terribil' militū cohors illa et a p̄ncipib9 et phariseis

missa cum gladijs et fustibus multitudo· ita vna voce per cussa est vt cum turbe dixissent ihesum se querē nazarenū respondisset ego sum· nemo subsisteret sed omnes simul amisso mēbrorum officio retrorsum acti elisiqȝ corruerent In quo vtiqȝ diuine erat potestatis indiciū· que impiorum conatus non armis contrarijs neqȝ illius creature poten tis auxilio· sed sola verbi virtute psterneret· Quia vero saluando humano generi alteri9 operis racio ogruebat· nec posset sanguis cristi precium credēcium fieri si redēp tor se non fineret compreħēdi ad misit in se impias manus et cohibita est potencia deitatis· vt pueniretur ad glo= riam passionis Cuius vtiqȝ manis fuisset species ⁊ pfutu ra nulli ymago tolerancie· nisi vera diuinitas veris se hu= mane carnis sensibus induisset· vt vnus dei atqȝ hominis filius intemerabilis aliunde passibilis mortale nostrum p suum imortale renouaret Et ideo mestitudine iō formidi ne non carebat vt ad euincendas huius mōi pturbacio= nes non solum sacramēto nos susceptōnis· sed eciā exem plo fortitudinis roboraret Nam iniusta videret eius ad pacienciā cohortacio cui nulla esset in nostra infirmitate cōmunio· veras autē domini passiones ysayas pheta ip= sius voce pnunciat dicēs· Dorsum meum dedi in flagella et maxillas meas in palmas vultum autē meum nō auerti a confusione sputorum Quod itaqȝ verbi caro paciebat̄ non verbi erat pena sed carnis cui9 iniurie atqȝ supplicia eciā ad impassibileȝ redundabāt· vt merito ei dicātur il= lata que in ipsius sunt corpus admissa· Dicente apostolo Si ēm cognouissent nunq̄ dominum glorie crucifixissent Obcecati ēm iudei malicia sua in quod prupissent facin9 nesciebant· vnde misericors dominus ihesus qui eciam in terfectores suos vellet sua morte saluare· p ignorācia se= uiencium de crucis altitudine supplicabat dicens· pater ignosce illis qr nesciunt quid faciunt Nec intellectu enim cordis nec auditu auris· nec oculorum intuitu senciebāt·

quem falsis testimonijs appetissent· quem affigi patibulo coegissent· Dum in corpe hominis non agnoscunt substā ciam deitatis viderunt hominē ⁊ non adorauerūt vniuer= sitatis auctorem· nec intellexerunt potestatem iudicaturi despicientes mansuetudinem iudicati vt psecutores veri dei· et necatores veri hominis vna impietas sociaret duꝫ serui formam in cristo et iudei estimant solam· et heretici asserunt falsam Dicant ergo isti fantastici cristiani q̄ sub stancia saluatoris affixa sit ligno que iacuerit in sepulcro et reuoluto monumenti lapide que tercia die caro resur= rexit· vel quale corpus ihesus discipuloꝝ visui clausis ad eos ostijs ingressus intulerit· cum ad abigendā cernētiū diffidenciam inspici oculis digitisqꝫ tractari patētes ad huc fixuras clauorum· et recens cōpuncti lateris vulnus exegerit· At si tāta in luce veritatis tenebras suas here= tica obduracō non relinquit· ostendāt vnde sibi spem vi= te polliceātur eterne· vnde resurrectionis cristi se credāt esse cōsortes· Non enī possunt cum apostolo dicere· crist9 resurrexit a mortuis primitie dormientium· quia non sunt primicie hominum· si non sunt de huāne stirpe nature qui enī primus ominum resurrexit · eius plenitudinis est por cio quā precessit· et pie creditur hoc q̄d est i capite incho atum· in membris quoqꝫ esse cōplendū Quia sicut in adā omnes moriūtur ita et in cristo omēs viuificabunt̄ Am= plectentes igitur dilectissimi cristiane spei vnicuꝫ pign9 non diuellamur a compage corpis cristi · in quo habitat sicut apostolus ait· omnis plenitudo diuinitatis corpalit̄ et estis in illo repleti Nam cum incorpea sit substācia dei quomodo corpaliter in cristo habitat · nisi q꞉ caro nostri generis facta est caro deitatis· et in illo sumus deo reple ti in quo crucifixi· in quo sepulti· in quo sumus eciam susci tati vt possumus cum apostolo dicere Nostra aūt cōuer= sacio est in celis· vnde eciā saluatorem expectamus domi= num nostrum ihm xp̄m qui reformabit corpus huilitatis

nostre conforme fieri corpori glorie viuēs et regnans cū patre et spiritu sancto in secula seculorum.

De eodem sermo decimusſextus.

Semper quidem dilectissimi fidelium mentes in diuinorum operum decet ammiracione versari et racionales animos his maxime cogitacōnibus inherere. per quas incrementum fidei cōsequātur Cum em̄ pia cordis intentio vel ad generalia beneficia. vel ad specialia gracie ipsius dona dirigitur. multas a se vanitates abigit. et a corporalibus curis in quoddam secretum spirituale secedit Sed hoc in tēpore dominice passionis multo auidius excellenciusqȝ faciendum est. vt ea que sacris sunt lectionibus recensita sane intelligentie suscipiantur auditu. et que magna sunt verbis appareāt maiora misterijs Prima nanqȝ erigendi sursum nostri cordis est racio ꝙ ea que eciam euangelica veritas enarrauit. voces ꝓphetice non tanꝙ gerenda sed tanꝙ gesta cecinerunt et quod humane aures nondum cognouerāt faciendum. iam spiritus sanctus predicabat impletum. Nam rex dauid cuius secundum hominem semen est cristus. diem crucis domini mille ⁊ plusꝙ centum annorum etate precessit ⁊ nichil eorum suppliciorum que sibi memorat illata ꝑpessus est. sed quia per os eius loquebatur ille qui carnem passibilem ex ipsius erat stirpe sumpturꝰ merito sub ipsius persona premittitur historia crucis qui in se gerebat corpoream originem saluatoris. vere em̄ dauid in cristo est passus quia vere ihesus in dauid est carne crucifixus Cum ergo omnia que in cristum iudaica admisit impietas. tanto ante predicta sint. vt non tam de futuris ꝙ de presentibus propheticus sit sermo contextus. quid aliud vobis ꝙ sempiternarum disposicionum dei incōmutabilis ordo reseratur. apud quem et discernenda iam diiudicata et futura iam facta sunt. Cum enim et qualitates actionum nostrarum et effectus oīm voluntatū scientia diuina p̄ueiat

quantomagis nota sunt deo opera sua et recte placuit q̄si facta recoli · que non poterant omnino non fieri vnde et apostoli spiritu dei pleni cū inimicorum xp̄i minas seuiciāqʒ paterent concordi ad deum voce dixerūt Conuenerunt em̄ vere in ciuitate ista aduersum sanctum puerum tuū ihesum quem vnxisti herodes et pontius pilatus cum gentibus et populis israhel facere que manus tua et concilium decreuerunt fieri · nunquid iniquitas persequentium cristū ex dei est orta consilio et illud facinus quod omni maius ē crimine manus diuine preparacōnis armauit · Non hoc plane de summa iusticia sentiendum est quia multū diuersum multumqʒ contrariū est id quod in iudeorum malignitate precognitum et quod in cristi est passione dispositū · Non inde processit voluntas interficiendi · vnde moriendi nec de vno extitit spiritu atrocitas scelerum et tolerātia redemptoris · Impias furentium manus non immisit in se dominus sed admisit · nec p̄sciendo quod faciendum esset coegit vt fieret · cum tamen ad hoc carnem suscepisset vt fieret Deniqʒ inter crucifixum et crucifigētes tam dispares cause sunt vt quod a cristo susceptum est · non posset resolui quod ab illis cōmissum posset aboleri · Qui em̄ venit peccatores saluos facere · nec ipsis quidez interfectoribus suis misericordiam denegauit · sed impiorum malum in bonum credētium cōmutauit vt mirabilior fieret gracia dei · non secundum merita hominum sed secundū multitudinem diuitiarum sapiencie et sciencie dei misericorditer preparata · quando et ipsos qui fuderant sanguinem saluatoris · reciperet vnda baptismatis · Nam sicut scriptura que apostolorum actus continet loquitur Cum p̄dicacio beati petri iudeorum corda compungeret et agnita impietate sui sceleris dicerent · Quid faciemus viri fratres · Idem apostolus ait · penitenciam agite et baptisetur vnusquisqʒ vestrum in nomine ihesu in remissionē peccatorum vestrorum et accipietis donū spiritus sancti

Vobis est enī repromissio et filijs vestris et omnibus· qui longe sunt quoscumqȝ aduocauerit dominus deus noster Moxqȝ addit scriptura ⁊ dicit Qui ergo receperunt sermonem eius baptisati sunt· et apposite sunt in illo die anime circiter tria milia · Cum itaqȝ dominus ihesus cristus furorem frementium pati voluit· in nullo auctor eorū criminum fuit·nec egit vt hoc vellent sed cessit vt possent Et sic vsus est obcecate plebis insania quomodo et pfidia traditoris·quē ab imanitate concepti sceleris et beneficijs est reuocare dignatus et verbis· assumendo in discipuluȝ·pueheendo in apostolum·monendo signis·consecrando misterijs· vt cui nichil beniuolentie deesset ad correctioneȝ nil occasionis supesset ad crimen Sed tu impijssime homo·semen chanaam ⁊ non iuda·nec iam vas electionis sed fili9 perdicionis et mortis·vtiliora tibi diaboli incremēta credebas·vt facibus inflāmatus auaritie ad xxx argenteoꝝ lucrum inardesceres ⁊ quid diuiciarum amitteres non videres· Nam et si putabas credendum esse pmissis·que fuit racio vt tantillus pecunie modus preponeretᷓ acceptis Imperabas demonijs medebaris infirmis·honorabaris cuȝ apostolis· et vt famen tue cupiditatis expleres patebāt tibi furta de loculis· sed animū interdictoꝝ ammonitum quod minus licuit ampli9 incitauit Nec tam placuit quātitas precij· q̄ magnitudo peccati· vnde facinus cōmercij tui non iō detestanduȝ est·qz dn̄m viliter estimasti·sed qz redēptorem eciā tuū ne tibi parceres vendidisti· Et merito tibi tua pena commissa est quia in supplicium tuū nemo te seuior potuit inueniri · Cum igitur in tempe prestituto· secundum propositum voluntatis sue ihesus cristus crucifixus est sepultus et mortuus·non proprie conditionis necessitas sed nostre captiuitatis redēptio fuit Ideo enī verbum caro factū ē vt de vtero vginis sumeretᷓ natā passibilis vt qd in filiū dei nō potuit ppetrari in filiū hois posset admitti Nā licet i ipo ortu coruscarēt i eo signa deitatis

et omnia incrementa corpalium pvectuum diuinis essent plena miraculis. infirmitatum tamen nostrā susceperat veritatem. et excepta cōmunione peccati. nichil a se hu-mane infirmitatis excluserat. vt et sua nobis insereret et in se nostra curaret. Ab omnipotēte em̄ medico duplex miseris rmediū preparatū est. cui9 aliud ē i sacramēto aliud in exēplo vt p vnū cōferātr diuina p aliud exigantr huāna qr sicut de9 iustificacōis ē auctor ita homo deuotionis ē debitor. Per hanc ergo dilectissimi salutis nostre reparacionem ineffabilem nec supbie nobis. nec desidie loc9 relinquitur. quia et nichil habemus nisi quod accepimus et iugiter admonemur vt dona gracie dei nō negligenter habeam9 Iuste em̄ nobis instat p̄cepto. qui p̄currit auxilio. et benigne incitat ad obedienciā qui ducit ad gloriā. Vnde merito dominus ipse nobis factus est via. quia nisi per cristum non itur ad cristum. per ipsum autē ad ipsum tendit qui per semitam pacientie et humilitatis eius incedit In quo plane itinē nec estus deest laboris nec nubes tristicie nec procella formidis Ibi sunt insidie iniquorū persecutiones infidelium mine potentum cōtumelie supborū que dominus virtutū ꝛ rex glorie ideo omia i infirmitatis nostre forma ꝛ in carnis peccati similitudine pcucurrit vt inter presentis vite picula. non tam optādū sit nobis declinando ista effugere q̄ tolerando supare. Inde est q̄ caput nostrum dominus noster ihesus cristus omnia in se corporis sui mēbra transformās qd olim in psalmo eructuerat illud in supplicio crucis sub redemptorū suorum voce clamabat. Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti Vox ista dilectissimi doctrina ē. non querela Nam cum in cristo dei et hominis vna persona sit nec ab eo potuerit relinqui a quo non poterat seperari pro nobis trepidis et infirmis interrogat. cur caro pati metuens exaudita non fuerit. Instante enim passione ad sanandum et corrigendum nostre fragilitatis metum dixeāt.

Pater si possibile est transeat a me calix iste· verumtamen non sicut ego volo sed sicut tu· Et iterũ pater si nõ potest hic calix trãsire nisi bibam illum · fiat voluntas tua Quia ergo trepidacõne carnis deuicta· iam ad paternã trãsierat voluntatem· ⁊ toto mortis terrore calcato · opus sue constitucõnis implebat· cur in ipso tante victorie exaltatus triũpho·causam et racionẽ quare sit relictus id est nõ exauditus inquirit·nisi vt ostendat alium esse illũ affectũ quem ab humane formidinis excusacõne recepit aliũ illũ quem ex eterno placito patris·p mundi reconsiliacõne p̄elegit Vnde ipsa vox non exauditi magni est exposicio sacramenti· ꝙ nichil humano generi conferret redẽptoris potestas· si qd petebat nostra obtineret infirmitas· Hec hodie dilectissimi ne vos ꝓlixitate sermonis oneremus dicta sufficiãt Cetera in quartã sabbati differamus · aderit dominus orantibus vobis· vt que soluenda ꝓmittim9 ipso largiente reddamus· Qui viuit et regnat in secula seculorum Amen

¶ De eodem sermo decimus septimus

Sermo p̄rimus dilectissimi cuius vobis promissaꝫ restituere cupim9 porcionem in id differendi racione ꝓcesserat vt de illa clamãtis ad patrem crucifixi domini voce loqueremur ne simplex et incuriosus auditor ita accipet verba dicentis· Deus meus deus meus quare me dereliquisti· tanꝙ fixo ihesu in crucis ligno paterne ab eo deitatis omĩpotẽcia r̃cessisset·cũ i tantã vnitatem dei ⁊ hominis natura ꝯuenerit· vt nec supplicõ potuerit dirimi· nec morte disiũgi · manente em̃ in sua ꝓprietate vtraqꝫ substancia· nec deus reliquit sui corpis passionem nec deũ fecit caro passibilẽ· quia diuinitas que erat in dolẽte nõ eãt i dolore vñ scd̃m verbi hoisqꝫ psonã idem est qui fact9 ẽ inter oĩa et p quẽ facta sunt oĩa Idem ẽ qui impioꝝ manib9 cõprehenditur et qui nullo fine ꝯcludit̃· Idem est qui clauib9 ꝯfigitur et qui nullo dolore sauciat̃

Idem postremo est qui mortem subijt et sempiternus esse nõ desijt Vt vtrũqz signis non dubijs maifestet· quod vera sit in cristo huilitas et vera maiestas· Quia ideo se huãne infirmitati virtus diuina conseruit · vt dum deus sua facit esse que nostra sunt· nostra facet esse qua sua sunt · Non ergo aberat a patre filius nec a filio pater et illa deitas incõmutabilis atqz insepabilis trinitas nichil sui poteât a se habere discretuz Quãuis em̃ suscepte incarnacõnis dispensacio ad vnigenitũ dei filium pprie ptineret sic tamen pater nõ abiũgebatur a filio queadmodum caro nõ diuidebat a verbo· Ideo ergo ihesus magna voce clamabat quare me dereliquisti·vt notũ omibus faceret quare oportuerit eum non erui· nõ defendi sed seuientiũ manibus derelinqui hoc est saluatorez fieri mũdi et oim hominum redẽptorem nõ p miseriaz sed p misericordiã·nec amissione auxilij sed definicione moriendi Que vero illic vite intercessio sentienda est vbi anima et potestate ẽ emissa· et potestate reuocata Dicit aũt beat9 apl'9· quod pater filio nõ pepercit sed p nobis omibus tradidit eũ Et itez dicit· qm̃ cristus dilexit ecclesiã et semetipm tradidit p ea vt eam sanctificaret vñ tradi dñm passioni tã fuit patne quod ipsius voluntatis vt eũ nõ solũ pater relinqueret sed ipe se quadam rõne desereret non trepida discessione·sed voluntaria cessione Continuit em̃ se ab impijs crucifigi potestas et vt disposicõne vteretur occulta vti noluit virtute manifesta· Nam qui mortẽ et mortis auctorem sua venerat passione destruere qũo peccatores saluos facẽt si psecutorib9 ĩpugnaret Iudeoz igit h' fueãt dilectissimi vt ihm crederẽt a deo relictũ i quẽ tãto scelẽ seuire potuissent qui sacramtũ mirabil' paciẽcie nesciẽtes sacrilega illussiõe dicebãt Alios saluos fecit seipsum nõ potest saluũ facẽ Si ergo israhel rex est· descẽdat nũc de cruce et credim9 ei· Nõ vestre cecitatis arbitrio stulti scribe et impij sacdotes ostendenda erat potencia saluatoris nec secũduz preces

blasphemantiū linguarum humani generis redēpcio debe-
bat obmitti tamē si deitatem filij voluissetis agnoscere in
numerata opera eius videretis que vos ad eam quā falla
citer promittitis fidem confirmare debuerint Si autem
vt ipsi ꝯfitemini verum ē q alios saluos fecit cur illa tot
ac tanta miracula que sub publico sunt facta conspectu-
in nullo cordis vestri duriciam mollierunt nisi qr ita semꝑ
sancto spiritui restitistis vt omia vobis beneficia dei in ꝑ-
niciem verteretis- nam eciā si descenderet cristus de cruce
vos tñ hereretis ī crimine Spreta ergo sunt vane insul-
tacionis obprobria et misericordiā domini pdita et collap
sa repantem - nulle contumelie nulla conuicia a sui via ꝑ
positi remouerunt- Offerebat̄ eñ deo ꝑ salute mundi ho-
stia singularis- et occisio veri agni p tot secula predicata
ꝑmissionis filios in libertatem fidei transferebat- Confir-
mabatur qm̄ testamētum nouū - et cristi sanguine eterni
regni scribebātur heredes- Ingrediebat̄ sum9 pontifex
in sancta sanctorum et ad exorandū deum imaculat9 sacer-
dos p velum sue carnis intrabat Deniq; a deo tunc a lege
ad euāgelium- a sinogoga ad ecclesiam- a multis sacrifi-
cijs ad vnam hostiam euidens est facta trāslacio vt emit-
tente spiritum domino velum illud misticū- quod templi
penetralia sanctumq; secretuȝ suo intercludebat obiectu
a sumo vsq; ad ymū vi subita scinderetur- qm̄ figuras au
ferebat veritas et supflui erant nūcij sub p̄sencia nūciati
Adiciebatur his elemetorum omniū tremenda cōmocio et
auctoribus crucis cristi - ipsa se nature officia subtrahe-
bant- Cumq; custos supplicij centurio territ9 his que vi-
derat diceret- verus filius dei erat iste- impietateȝ tamē
iudaicā monumētis et petris omnib9 duriorem- nulla ꝑ-
ditur mittigasse compunccio- vt appareat patiores ad in
telligendum dei filium tūc fuisse romanos milites q̄ł isra-
heliticos sacdotes- Quia ergo iudei oīm sacm̄torum sanctifi
cacōne p̄uati- lucē sibi ī tenebras et in luctū festa verterūt-

nos dilectissimi effusiam sup omnes gentes graciam dei pcidius corpibus atqȝ animis adoremus obsecrantes misericordem patreȝ vt de die in diem auxilio eius adiuti· omnia vite huius picula possimus effugere· Adest enim callidus vbiqȝ tēptator· et nichil vacuum a suis relinqt insidijs Cui auxiliante misericordia dei que nobis int oīa aduersa pretendit fideli semp est constancia resistendū vt quāuis impugnare non desinat· neminem tamē quē expugnet inueniat Prosint omibus dilectissimi religiose celebrata ieiunia· et continēcie vtilitas quā et animis et corpibus pbauimus congruentē· nullis corrūpatur excessibus Que enim ad sobrietatē et psimoniā ptinent ideo diligentius in his sunt celebranda diebus· vt de breui studio in longaȝ osuetudinem mitterent et siue in opibus misericordie siue in studio psimonie· nullum a fidelib9 vacuū tempus habeatur· qm vtiqȝ in accessu dieꝝ et cursu tempm lucra debemus facere opm· non dampna meritorum Hijs autē studijs et religiosis animis aderit misericordia dei vt quod fecit concupisci· faciat obtineri Qui viuit et regnat cum domino cristo filio et cum spiritu sancto in secula seculoꝝ·

De eodem sermo decimus octauus·

Magnitudo quidem dilectissimi ineffabilis sacramenti ita humane intelligencie altitudineȝ et tocius vincit eloquij facultatem vt et excellentissimis ingenijs et facundissimis linguis sublimior fit triumphus dominice passionis Sed gaudēduȝ nobis pocius q̄ erubescendū est quod tante supamur materie dignitate· de qua nemo humilius sensit q̄ qui putabat suffecisse que dixit Non ergo supfluo p̄dicamus· nec de rebus diuinis loquenti carnalium aurium sunt timenda fastidia· tanq̄ despectui sint futura qnia crebro cognoscuntur iterata· cum hoc maxime ad cristiane fidei ptineat soliditatem vt scdm apostolicā doctrinam idipsum dicamus omnes et simus pfecti in eodem sensu et in eadē sciencia· Infidelitas

quippe que omnium est mater errorũ in multas opiniones quas arte dicendi necesse habeat colorare distrahitur. veritatis aũt testificacio nunq̃ a sua luce discedit. Et qd alijs minus alijs amplius micat non varietas facit lumĩs sed infirmitas contẽplacionis Cui scdm illuminacõis auxilium eciã in eo sermone famulandum est vt quoniam dei agricultura dei edificacio estis. ipse et dispensanti et accipienti tribuat sufficienciam. qui largicionũ suaꝝ iustã exigere nouit vsurã Decurso ergo dilectissimi textu euãgelice lectionis quã de gloria crucis cristi intẽto accepistis auditu. omnia vobis diuinoꝝ eloquiorũ misteria patefacta sentite. et quicquid sub ꝓpheticis testificacõnib9 vmbra veteris testamẽti valebat in sacramẽto passionis domini manifestum esse gaudete. Ideo em̃ sacrificiorum varietates purificacõnum differencie destiterunt. ideo mandatum circumcisionis. ciborum discrecio. otium sabbati et paschalis agni cessauit occisio quia lex p moysen data est gracia autem et veritas p ihesum cristũ facta ẽ. Precesserunt figure vt sequeret̃ effectus. et in aduentu rerum nũciatarum. finita sunt officia nuncioꝝ. sic reconsiliacõne humani generis tempata. vt salus que in cristo est nullis seculis sub eadãm iustificacõne defuerit. et ad hoc dilacionũ ꝑfecerit racio. vt que diu credita sunt anteq̃ fierent incũctanter honorarent̃. Nam cum virtus fidei in his que visui non subiacent constituta sit. indulgẽcius nobiscum egit doctrina celestis. quos in hec mundi tempa distulit ad intelligencie facultatem vt multo pluribus q̃ priores. et vatibus vteremur et testibus Quod ergo nobis de passione domini ihesu cristi sacra. et digito dei scripta euãgelia ꝓtestantur. sine nubilo hesitacõnis accipite. et rerum gestarum ordinem tam habetote manifestum q̃ si omnia corpeo et visu attingeretis ⁊ actu Vera in cristo deitas et vera credatur humanitas. ipse ẽ caro. qui verbum. et sic̃ vni9 cũ patre substancie. ita vni9

cum matre nature· non geminatus psona· non confusus essencia· potestate impassibil· humilitate mortalis Sed vtraqꝫ sic vtens· vt et virtus glorificare posset infirmitatem et infirmitas non valeret obscurare virtutē Comprehendi se a psecutoribus patitur qui continet mundū et eorum manibus nectitur quorꝫ corde non capit̄ Justicia non resistit iniustis quia cedit veritas testimonijs falsitatis vt manens in forma dei· formā impleret serui et veritatem natiuitatis corporee confirmaret seuicia corpee passionis Sed hāc vnigenito dei subire et ppeti· non cōdicio necessitatis sed mie rō fuit· vt ꝺ peccato condēpnaret peccatū et diaboli op9 de ope diaboli solueret̄· Jnimicus em̄ huāni generis mortificate in ipsa origine vniūsitate letale vulnus intulerat· nec poterat declinare ius ferreum deditícij seminis captiua pgenies· Vnde cum i tot generacōnib9 mortali sibi lege subiectis vnum videret inter hominū filios cuius virtutem sup omnes tocius tempis sanctos miraret̄ excellere· securum se fore credidit de ppetuitate sui iuris· si nulla iusticie merita potuissent supare vim mortis Famulis itaqꝫ suis et stipēdiarijs vehementius incitatis in piudicium suum seuit· et dum putat sibi aliquid debere quē potuisset occidere nō vidit libertatem singularis innocencie similitudinē psequendo nature Non autē errabat in genere sed fallebatur in crimine Adam em̄ primus et adam secund9· vnum erāt carne non ope· et in illo omnes moriūtur· in isto omnes viuificabuntur· Jlle per supbie cupiditatem iter fecit ad miseriam hic p humilitatis fortitudinez viā parauit ad gloriam· vnde ipse dicit Ego sum via et veritas et vita Via scilicet in forma conuersacōnis iuste veritas in exspectacione rei certe· vita in precepcione felicitatis eterne· Hoc magne pietatis sacramentū dilectissimi sicut iudaica impietas ita diabolica supbia nesciebat· Si em̄ cognouissent nunq̄ dominū glorie crucifixissent Sed quia hostem

generis humani latebat cōsilium misericordie dei· et op=
posito carnis velamine deus in cristo mundum sibi recon
silians tegebatur· perstitit in eum furere in quo nichil su
um poterat inuenire Nam malignitati ei9 hoc magis po
tuisset prodesse si parceret· et se ab effusione eius sangui
nis abstineret p quem omniū erat soluenda captiuitas ⁊
reparāda libertas· sed lucem tenebre nō cōprehenderūt·
nec mendax cecitas sapiētiam potuit veritatis inspicere
Tenuit itaqꝫ disposita mansuetudo pacienciā et cohibi=
ta famulantium sibi angelicaꝝ virtute legionū hausit ca
licem doloris et mortis· totumqꝫ supplicium transtulit in
triumphuꝫ· victi sunt errores subacte sunt potestates ac
cepit nouum mundus exordium vt danpnata generacio
non obesset quib9 saluādis regeneracio subueniret Trā
sierunt vetera· et omnia facta sunt noua vt vniuersorum
cristo credencium et in sancto spiritu renatoꝝ p ipsum et
cum ipso vna esset passionis societas et resurrectiōis eter
nitas· dicente apostolo· Mortui eñ estis et vita vestra
abscondita est cum cristo in deo· cum cristus apparuerit
vita vestra tūc et vos apparebitis cum ipso in gloria In
hac igit̄ spe dilectissimi ↄstituti omnes diaboli cauete ver
sucias· que non solū p carnis concupiscenciā et p corpo=
reas tantū insidiatur illecebras sed inter ipsa quoqꝫ semi
na fidei spargens ꝫiꝫania falsitatū· veritatis studet vio=
lare culturam· vt quos nō potuerit corrūpere malis acti=
bus impijs subuertat erroribus· Fugite ergo mundana
argumenta doctrine· ⁊ vipea hereticoꝝ vitate colloquia
nichil vobis cōmune sit cū eis qui catholice aduersantes
fidei· solo sunt nomine cristiani· non eñ templum spiritus
dei· nec mēbra sunt cristi· sed falsis opinionib9 implicati·
tot species habēt diaboli quot simulacra mēdacij a quib9
malis p dominū ihesum cristum qui et vita et via veritas
est liberati· omēs vite istius tēptaciones et prelia cū fidei
exultacōne toleremus Si eñ cōpatimur ⁊ ↄregnabimus

Quod premium nō eis tantum paratum est qui pro nomi ne domini impiorum seuicia sunt pempti'. qm̄ vniuersitas deo seruientiū. deoqʒ viuentium sicut in cristo est cruci fixa. ita est in cristo coronanda. Illis quidez in omni glo ria pcellentibus. qui terribiles mortes et seua tormēta vs qʒ ad exalationez spiritus tolerando suparunt. sed eciam his subsequētibus qui auaricie cupiditatem. supbie ela cionem. desideriaqʒ luxurie. carnis sue mortificacione vi cerunt Vnde merito apostolus ait. q omnes qui pie vo lunt viuere in cristo psecucōnem paciunt. cuius itaqʒ nō est extraneus qui non pietatis alienus. paschalem enim festiuitatem solenniter agit qui non in fermento veteris malicie sed in azimis sinceritatis opatur. Nec iam in adā primo. sed in adam viuit secundo. mēbrum scilicet factus corpis cristi qui cum esset in forma dei forma serui digna tus est fieri. vt in vno mediatore dei et hoim homine ihesu cristo et plenitudo maiestatis diuine et veritas nature es set humane. Quam nisi verbi diuinitas in sue psone vni tatem assumpsisset. nec regeneracō esset in aqua baptis matis. nec redēpcio in sanguine passionis. sed quia in sa cramento incarnacōnis cristi nichil falsum nichil accepi mus figuratum. non frustra nos et cum moriente cōmor tuos. et cum resurgente credimus suscitatos. manēte ip so in nobis qui opatur omia in nobis viuens ꝛ regnās cū patre et spiritu sancto in secula seculorum.

De eodem sermo decimusnonus.

Sacram dominice passionis historiam dilectissimi euangelica vt moris est narracione decursam ita omniū nostrum arbitror inhesisse pectoribus. vt vnicuiqʒ audiencium ipsa lectio quedā facta sit visio Ha bet em̄ hanc potentiā fides vera. vt ab his mente non de sit. quibus corpalis presencia interesse non potuit. et siue in pteritū redeat. siue in futurum se cor credētis extēdat nullas sentiat moras temporū cognicio veritatis. Adest

ergo sensibus nostris ymago rerū p nostra salute gesta rum· et quicquid tunc discipulorū pstrinxit aīos nostros quoqȝ tangit affectus· non q aut tristicia deprimim̄ aut furentium iudeorū furore terremur· cū eciā eos quos illi9 tempestatis magnitudo concussit ad inuictam constantiā resurrectio domini ascensioqȝ puexerit· sȝ qr cum in cogi tacionem venit· quales tunc iherusalem populi· ꝛ quales fuerunt sacerdotes· cum magno accepimus tremore men cium tm̄ facinus impiorum Quamuis em̄ ad salutem hu= mani generis ptineret passio saluatoris et eterne mortis vincula tempali sint domini morte dirupta· aliud tamen crucifixi paciencia· aliud crucifigentiuȝ egit insania· nec ad eosdem rerum exitus misericordia et ira tendebat· cū per eiusdem sanguinis effusione crist9 solueret mūdi cap tiuitatem· iudei interficerēt omniū redemptorem Obdu= rauit igitur carnalem israhel malignitas sua et nichil ei legis testificacō nichil misteriorum ymagines nil pphaꝝ oracula pfuerunt cum pascha domini tot seculis celebra= tum in eo iohānes doceret impletum· de quo publica pte stacione dicebat Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi· Repugnat iniquitas iusticie· cecitas luci menda cium veritati sed de seuicia obluctantium· de scelere cru= delium obtinuit ihesus eterne disposicōnis effectū· et ita humano generi sua morte consuluit vt sacramētum salu tis eciā ipsis psecutoribus non negaret Qui em̄ venerat vniuersis credentib9 omia peccata dimittere a generali indulgentia nec iudaicū voluit crimen excludere Quorū itaqȝ pfidiam detestamur eorūdem fidem si cōuertantur amplectimur et imitantes misericordiaȝ domini qui p eis a quibus crucifixus est orabat nos quoqȝ cum beato pau lo apostolo nostras iūgimus preces· ꝛ vt ille populus mi sericordiā consequatur optam9 ob cuius offensionē gra ciam reconsiliacōnis accepimus Quoniam sicut ait magi ster gentium· Conclusit deus omnia in incredulitate vt

omnium misereatur· Quid autē illud fuit quod et iudeis intellectum abstulit· et sapientiū mundi corda turbauit nisi crux filij dei que et philosophiā eua nescere prudentium· et israheliticam fecit caligare doctrinā Omnem nā qꝫ sensum humane mentis excessit diuini altitudo consilij cum placuit deo p̄ stulticiam p̄dicacōis saluos facere credentes vt mirabilior fieret cōstantia fidei ex difficultate credendi· Inconsequens em̄ et irracionabile videbatur recipe animo q̄ creatorē omniū naturaꝝ in substancia veri hominis virgo intemerata pepisset· quod equalis patri filius dei qui impleret omnia et contineret vniuersa· furentium manibus cōprehendi· iniquoꝝ iudicio condēpnari ⁊ post dedecora illusionū cruci se p̄misisset affigi Sꝫ in his omnibus simul sunt et huīilitas hominis et celsitudo deitatis· nec misericordie racio maiestatē miserentis obscurat quia de ineffabili potētia factum est vt cum homo verus est in deo inuiolabili et deus verus est in carne passibili conferetur homini gloria p̄ contumeliam·incorrupcio p̄ supplicium· vita p̄ mortem Nisi em̄ verbum caro fieret ⁊ tam solida consisteret vnitas in vtraqꝫ natura vt a suscipiente susceptam· nec ipsum breue mortis temp9 abiungeret nunq̄ valeret ad eternitatēꝫ redire mortalitas sed affuit nobis in cristo singulare p̄sidium · vt in natura passibili mortis conditio non maneret quam impassibilis essentia recepisset et per id quod nō poterat mori posset id quod erat mortuum suscitari Huic sacramēto dilectissimi vt inseparabiliter cōgruamus·magna nobis et corpis et animi intentione nitendum est·vt cū grauissimi sit piaculi festū pasche negligere piculosi9 sit ecclesiasticis quidem conuentibus iungi· sed in dominice passionis consorcio non haberi Nam dicente domino qui non accipit crucem suam et sequitur me·non est me dignus·et dicente apostolo· Si cōpatimur et cōregnabimus quis vere cristū passum mortuum et resuscitatum colit nisi qui cum ipso

patitur et moritur et resurgit Et hec quidez in omnibus ecclesie filiis ipso iam regeneracõnis sunt inchoata misterio • vbi peccati interitus vita est renascentis • et triduanam domini mortem • imitatur trina demersio • vt dimoto quodam aggere sepulture quos veteres suscepit sinus fontis eosdem nouos edat vnda baptismatis Sed implēdum est nichilominus ope quod celebratum est sacramēto et natis de spiritu sancto • quantūcumqz superest mundani tempis nō sine crucis susceptcõe ducendū ē Quāuis ei forti ⁊ crudeli tyrāno p potentiā crucis cristi vasa āntique depredacionis erepta sint et dominacio pncipis mundi a redemptoris sit eiecta corporibus • insidiari tamē eciā iustificatis eadez malignitas pseuerat • et multis modis eos in quibus nō regnat impugnat • vt si quas animas negligētes imprudētesqz repperererit seuioribus eas laqueis rursum innectat et a padiso ecclesie raptas in consortiuz sue dampnacionis inducat Vnde cum quispiam obseruancie cristiane limitem se sentit excedere • et in id cupiditates suas tendere quod eum a recto itinere faciat deuiare • recurrat ad crucem domini et ligno vite motus noxie volūtatis affigat ac voce pphetica ad dominū clamet ⁊ dicat Cōfige clauis timoris tui carnes meas a iudiciis eñ tuis timui Quid aūt ē clauis timoris dei carnes habere cōfixas nisi corpeos sensus ab illecebra illiciti desiderii sub metu diuini contineri iudicii • vt qui resistit peccato et concupiscencias suas ne quid morte dignum operetur interficit audeat cum apostolo dicere • michi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu cristi • p quem michi mūdus crucifixus est et ego mundo Ibi ergo se constituat cristianus • quo eum secū sustulit cristus et ad id dirigat omnē viam suā vbi scit humanā saluatam esse naturam Passio eñ domini vsqz ad finē producit mundi • et sicut in sanctis suis ipse honorat • ipse diligit et in paupibus ipse pascit • ipse vestitur ita in omibus qui p iusticia aduersa tolerāt

ipse compatitur nisi forte estimandū est multiplicata per orbem fide· et rarescente impiorum numero · omnes psecutores· et omnia que aduersus beatos martires seuierunt finita esse certamina tanq̄ suscipiende crucis illis tm̄ necessitas incubuerit· quibus ad expugnandā cristi dilectionem atrocissima sunt illata supplicia· Sed aliud seruiencium deo pietas expitur · aliud eciā apostoli predicacio ptestatur qui dicit Omnes qui volūt pie viuere in ihesu cristo psecutionem patiuntur Qua sentētia nimis tepid9 et segnis ostendit· qui nulla psecucōne pulsatur Pacem em̄ cū hoc mundo nisi amatores mūdi habere non possunt et nulla vnq̄ iniquitati cum equitate cōmunio·nulla mendacio cum veritate concordia nullus est tenebris cū luce consensus · Quia eciā si pietas bonorum cupiat malos corrigi conuersionemq3 multorum per graciam dei miserantis obtineat · malignorum tamen spirituū aduersus sanctos in fidie non quiescunt· et siue oculto dolo siue apto prelio in omnibus fidelibus propositum bone voluntatis infestant Inimicum namq3 illis est omne quod rectū · omne quod castum est Et cum eis nichil in quemq̄ amplius liceat q̄ iusticia diuina pmiserit que dignatur suos aut corripere disciplina· aut exercere paciencia· agunt tamē versutissima arte fallacie vt ex arbitrio ꝓprie potestatis aut ledere videantur aut pcere et multis quod dolendum est ita nequicia simulacōnis illudunt vt quidā illos et timeāt pati infensos et velint habere placatos cum beneficia demonū omnibus sint nocentiora vulneribus quia tucius ē homini inimiciciā diaboli meruisse q̄ pacem Sapientes itaq3 ai qui vnum timere vnum diligere et in vnum sperare didicerunt mortificatis cupiditatibus·7 crucifixis corpis sensibus ad nullū hostium metum · ad nullum inclinant̄ obsequium·voluntatez em̄ dei eciā sibi pferunt et tāto ampli9 se amant quanto amplius pro dei se amore non amāt · Cū q3 audiunt sibi diuinitus dici post cōcupiscencias tuas

non eas et a voluntate tua auertere diuidūt affect9 suos et legem mentis a lege corpis discindūt vt ex quadaʒ se pte sibi denegēt pdentes se in his q̄ carnalit̄ cupiūt· et inuenientes se in his que spiritalit̄ ɔcupiscūt Sanctū igit̄ pascha dilectissimi in talib9 mēbris corpis cristi legittīe celebrat̄·et michil illis deest triūphi· quos passio saluatoris obtinuit qm̄ in his qui apl'ico exemplo castigāt corp9 suū· et seruituti subiciūt idem hostes eadē fortitudine cōterunt̄· ⁊ nūc em̄ a cristo vincitur mund9·et cum a seruis suis quorumcūqȝ viciorꝝ incentiua supant̄· ipsius virtus est ipsiusqȝ victoria Hec dilectissimi q̄ ad pticipacionem crucis ptinēt sufficient̄ vt arbitror vestris sunt hodie auribus intimata vt paschale sacramētū eciāȝ in mēbris corporis xp̄i legittime celebret̄ Supest vt de obtinēdo resurrectionis ɔsorcio differam9 Quod ne ɔtinuato sermone ⁊ michi et vobis fiat onerosum ī diem sabbati pmissa differemus·aderit vt credim9 grā dei·vt debitū nr̄m ipi9 auxilio compleatur Qui viuit et regnat cum patre et spiritu sancto in secula seculorum Amen·

De resurrectione domini sermo primus·

Sermone pximo dilcissimi nō incōgrue vobis quātum arbitror pticipacōeȝ insinuauim9 crucis cristi vt pascale sacramētū ipa in se habeat vita credētium·et quod festo honorat̄· morib9 celebret̄ Quā aūt hoc vtile sit ipsi pbastis· et ex vera deuocōe didicistis· q̄tū psint animis atqȝ corpibus plixiora ieiunia frequēciores p̄ces et elemosine largiores Nemo em̄ fere est qui non hac exercitacōe pfecerit ⁊ ī abdito ɔsciencie sue aliquid quo rete possit gaudē ɔdiderit Sȝ h̄ lucra pseuerāti sunt seruanda custodia ne in desidiā labore resoluto · qd donauit dei gracia·diaboli furet̄ inuidia Cum igit̄ quadraginta dierꝝ obseruācia hoc voluerim9 opari vt aliquid sentirem9 crucis in tempe dn̄ice passionis adnitēduȝ nobis est vt eciā resurrectionis cristi inueniamur esse consortes· et

de morte ad vitā dum in isto sum9 corpe trāseamus Vni
cuiqz em̄ homini qui ex alio in aliud aliqua ɔuersione mu=
tatur finis est non esse qd fuit · et ortus esse quod nō fuit
Sed interest cui quis aut moriat̄ · aut viuat · quia ē mors
que cā viuēdi est · et ē vita que causa moriēdi est Nec ali
bi ꝙ hoc transitorio seculo vtrūqz conquirit̄ vt ex equali
tate actionū tempalium differencie retribucionū pendeāt
eternaꝝ Moriendū ergo est diabolo ⁊ viuēdum deo defi
ciendum iniquitati · vt iusticie resurgat̄ Decumbāt vete
ra vt oriantur noua Et qm̄ sicut veritas ait · nemo potest
duob9 dominis seruire · dominus sit non ille qui stantes in
pulit in ruinā sed ille qui deiectos erexit in gloriā Dicēte
ergo apostolo · prim9 hō de terra terrenus · secund9 homo
de celo celestis Qualis terrenus · tales et terreni · ⁊ qualis
celestis · tales et celestes sicut portauimus ymaginē terre
ni portemus ⁊ ymaginem ei9 qui de celo est Multū nobis
de hac cōmutacōne gaudēdum ē qua de ignobilitate ter
rena ad celestem trāsferimur dignitatē · p illius ineffabi=
lem misericordiā qui vt nos in sua pueheret in nostra de=
scendit · vt nō solum substanciā sed eciam condicionē na
ture peccatricis assumeret · et ea sibi pateret̄ inferri diui
na impassibilitas · que miserrime expitur humana morta=
litas Vnde ne turbatos discipuloꝝ animos longa mesti
tudo cruciaret · denūciatam tridui morā tam mira celeri=
tate breuiauit vt dum ad integrū scd̄m diem pars primi
nouissima · ⁊ ps tercij prima concurrit et aliꝙtum spacō
tempis decideret · et nichil dieꝝ numero depiret Resur
rectio igit̄ saluatoris nec animā in inferno nec carnē diu
morata ē in sepulchro Et tā velox icorrupte carnis viuifi=
cacō fuit · vt maior ibi esset soporis silitudo ꝙ mortis Nā
deitas q̄ ab vtraqz suscepta hois suba nō recessit qd pote
state diuisit ptāte ɔiunxit Subsecuta sunt itaqz mlta do=
cumēta · qb9 p̄dicāde pvniūsum mūdū fidei auctoritas ɔde
ret̄ Et licz reuolucō lapidis euacuacō monumēti ꝺposicio

linteo॥· et tocius facti angeli narratores copiose veri
tatem dominice resurrectionis astruerēt·et mulier॥ tamē
visui et apostolorū oculis frequenter maīfestus apparuit
non solum loquēs cū eis·sed eciā habitās atq; cōuescens
et ptractari se diligēti curiosoq; cōtactu ab eis quos du
bitacō pstringebat admittens Ideo em̄ et clausis ad di=
scipulos ostijs introibat·et flatu suo dabat spiritū scm̄ ·
et dato adhuc intelligentie lumie sancta॥ scripturarum
oculta pandebat · et rursum idem vulnus lateris fixur as
clauo॥ et omia recētissime passionis signa mōstrabat vt
agnosceret̄ in eo ꝓprietas diuine humaneq; nature indi=
uidua pmanere ꝛ ita sciremus verbū non hoc esse qđ car=
nem· vt vnū dei filium · et verbum confiteremur et carnē
Non dissonat dilectissimi ab hac fide magister gētiū pau
lus apostolus cum dicit Et si cognouim9 scđm carnē cri
stum·sed nunc iam nō nouimus Resurrectio em̄ dn̄i non fi
nis carnis sed ꝯmutacō fuit nec virt9 augmēto ꝯsumpta
substancia est· qualitas transijt nō natura defecit·et fac
tum est corpus impassibile quod potuit crucifigi· factum
est imortale quod potuit occidi · factū est incorruptibile
quod potuit vulnerari Et merito dicitur caro cristi in eo
statu quo fueāt nota nesciri q: michil in ea passibile michil
remansit infirmū vt et ipsa sit p essentiam·et non sit ipsa p
gloriam Quid autē mirum si hoc de cristi corpe ꝯfitetur
qui de omnibus cristianis spiritualib9 dicit Itaq; nos ex
hoc neminē nouimus scđm carnem· Ex hoc inquit inicium
nobis factū est resurrectionis in cristo· ex quo in eo qui p
omnibus mortuus est· tocius spei nostre forma precessit ·
Non hesitamus diffidentia nec incerta expectacōe suspen
dimur· sed accepto pmissionis exordio fidei oculis q̄ sunt
futura iam cernim9· ꝛ nature puectōne gaudētes qđ cre
dim9 iam tenemus Non ergo nos re॥ tempaliū occupēt
species·nec ad se ꝯtēplacionē nostrā a celestib9 trena de=
flectāt p trāsactis habeant̄ que ex maxia pte iam nō sunt

et mens intenta mansurū ibi desiderium suū figat vbi qd offertur est eternum· Quāuis em̄ spe salui facti sumus et corruptibilez adhuc carnē mortalemq3 gestemus · recte tamen dicimur in carne non esse si carnalis nobis nō domi netur affectus· et merito eius rei deponim9 nūcupacionez cuius non sequimur voluntatē Cum itaq3 dicat apostol9 carnis curam nō feceritis in desiderijs· non ea nobis inter dicta intelligimus que saluti congruūt et que huāna po= scit infirmitas Sed quia nō omibus desiderijs seruiendū nec quicquid caro concupiscit implendū est· de adhiben do tēpancie modo ammonitos nos esse cognoscim9 vt carni que sub animi est constituta iudicō · nec supflua cō cedam9· nec necessaria denegemus Vnde idem apostol9 alibi ait Nemo em̄ vnq̄ carnem suā odio habuit· sed nu= trit et fouet eam Cum vtiq3 non ad vicia nec ad luxuriaz sed ad debitum sit alenda et fouēda famulatū· vt teneat ordinem suū renouata natura nec puerse ac turpit̄ supio ribus inferiora succumbāt et vicijs animū supantibus ibi fiat seruitus vbi debet esse dominatus Agnoscat igitur populus dei nouam se esse in cristo creaturam·et a quo su scepta sit quā ve susceperit vigilanter intelligat Que no ua facta sunt non redeant ad instabilez vetustatem et nō omittat opus suū qui manus misit ad aratruz·sed ad hoc attendat quod serit · et non id respiciat quod reliquit· Nemo in id recidat · vnde surrexit sed eciam si pro infir= mitate corporea in aliquibus adhuc languoribus iacet sanari instanter desideret et leuari · Hec est enim salutis via et cepte in cristo resurrectionis imitacō· vt quia in lu brico istius vite diuersi casus lapsusq3 non desunt· vesti= gia gradientiū a fluidis ad solida trāsferant̄ qm̄ sic scrip tum ē·a dn̄o gressus hois dirigent̄ et viā ei9 volet Cū em̄ ceciderit iust9 nō collidet̄ qr dn̄s supponet manū suā Hec meditacō dilectissimi nō p sola solennitate paschali · sed p toci9 vite sanctificacōe retinēda est et ad hoc presens

exercitacio debet intendi vt q̄ animū fidelium experimento breuis obseruācie delectarunt in consuetudinē transeat· intemerata pmaneāt· ac si aliquid delicti irrepserit celeri penitudine deleaт̄· Et quia antiquoꝝ morborum diffici lis et tarda curacio ē· tanto velotius adhibeantur reme= dia· quāto recentiora sunt vulnera· et semp ab omnibus offensionib9 in integrum resurgentes· ad illaꝫ incorrup tibilem glorificande carnis resurrectioneꝫ ptinere merea mur in cristo ihesu domino nostro Qui viuit ⁊ regnat cū patre et spiritu sancto in secula seculorum·

De eodem sermo secundus·

Notum quidem dilectissimi paschale sacramētum euangelica nobis narratio pn̄tauit· et ita p aurē carnis penetratus ē mentis auditus· vt nemini no strum rerum gestarum ymago defuerit cū diuinitus inspi rate textus historie euidenter ostenderit· qua dn̄s ihesus impietate traditus· quo iudicio addict9 qua seuicia cru cifixus· et qua sit gloria suscitatus Sed adiciendum est eciā nostri sermonis officiū vt sicut pia expectacōne repo scere vos consuetudis debitum sentio· ita solennitati sa= cratissime lectionis subiūgatur exhortacō sacdotis Quia igiт̄ apud fideles aures ignorātie locus non est· semē ver bi quod est in pdicacōne euāgelij debet in terra vestri cor dis augeri· vt remotis suffocacōnibus spinarū et tribu= lorum libera in fructus suos exeant plantaria pioꝝ sensuū et rectarum germina voluntatuꝫ Crux em̄ cristi que saluā dis est impensa mortalibus et sacramētum est et exemplū sacramentū quo virtus impleт̄ diuina· exemplū quo deuo cio incitaт̄ huāna· qm̄ captiuitatis iugo erutis eciā hoc p stat redēpcō vt eā sequi posset imitacō· Nam si mūdana sapiēcia ita in suis gloriaт̄ errorib9 vt quē sibi ducē quis= qꝫ elegerit ei9 opiniones ⁊ mores atqꝫ oīa instituta secte tur· q̄ nobis erit cōmunio nomis cristi nisi vt ei insepabili ter vniamur qui est vt ipse insinuauit via veritas et vita·

via scilicet conuersacōnis sancte· veritas diuine doctrine vita beatitudinis sempiterne· Collapsa eīn in parentibus primis humani generis plenitudie· ita misericors de9 creature ad ymagine̅ suam facte p vnigenitum suum ihesum cristum voluit subuenire vt nec extra naturam esset nature repacio· et vltra ꝓprie originis dignitatez pficeret secunda condicio Felix si ab eo non decideret qd deus fecit felicior si in eo maneat quod refecit multū fuit a cristo accepisse formā· sed plus ē in cristo habere substantiam Suscepit eīn nos in suā potestatem illa natura· que se in quas voluerit mensuras benignitatis inflectit nec vsq̄ conuersionem mutabilitatis incurrit· Suscepit nos eciā illa natura que nec nostris sua nec suis nostra cōsumeret Que ita vnam in se fecit deitatis humanitatisq3 psonam · vt sub dispensaco̅ne infirmitatū atq3 virtutū nec caro p diuinitatem inuiolabilis· nec diuinitas p carne̅ posset esse passibilis· Suscepit nos illa natura que et ppaginem nostri generis a cōmuni tramite nō abrūperet· et contagiū peccati in omnes homines transeūtis excluderet· Infirmitas sane atq3 mortalitas· que nō peccatū erant sed pena peccati a redemptore mundi recepta sunt ad suppliciū vt impenderentur ad precium Quod ergo in omibus homibus transfusio erat dāpnacionis· hoc in cristo sacramentū est pietatis Prebuit eīn se crudelissimo exactori liber a debito· et ministras diaboli iudaicas manus in cruciatū imaculate carnis admisit Quam ideo vsq3 ad celerrimā resurrectione̅ voluit esse mortale̅ · vt crede̅tibus in eum nec psecucio insupabilis· nec mors posset esse terribilis· cum ita dubitandū nō esset de ꝯsortio glorie· sic dubitandum nō erat de coīone nature Si incūctant̄ itaq3 dilectissimi corde credim9· qd ore ꝯfitem̄· nos in xp̄o crucifixi nos sumus mortui· nos eciā in xp̄o die tercio suscitati Vn̄ ap̄lus ait· Si consurrexistis cum cristo que sursum sunt querite vbi cristus est in dextra dei sedens que sursum sunt sapite· nō

que sup terram · mortui em estis et vita vestra abscondi ta est cum cristo in deo. Cum em cristus apparuerit vita vestra tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Vt aut nouerint corda fidelium habere se vnde ad supnam sapiẽciam spretis mundi cupiditatib9 valeãt eleuari spondet nobis dominus p̄sentiam suam dicens· Ecce ego vobiscũ sum omĩbus diebus vsq3 ad consumacõnem seculi · Non em frustra p ysayã ꝓphetaz dixerat spiritus sanct9· Ecce virgo in vtero concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel quod est interpretatu3 nobiscum deus Implet ergo ihesus ꝓprietatem nominis sui et qui ascendit in celos non deserit adoptatos qui sedet ad dextram patris· is tocius habitator ẽ corpis·et ipe deorsum ɔfortat ad pacientiam·qui sursum inuitat ad gloria3 Nec int vana igitur nobis desipiendu3 est· nec inter aduersa trepidandum· Ibi quidem blandiuntur decepcõnes· et hic grauescunt labores · sed quia misericordia domini plena est terra· adest nobis cristi vbiq3 victoria · vt impleatur quod ait Nolite timere·q2 ego vici mundum Siue ergo contra ambicione3 seculi siue contra cõcupiscencias carnis siue contra hereticoꝝ iacula dimicemus domini cruce semp armamur· nec vnq̄ a paschali festo recedimus · si a fermento malicie veritatis sinceritate abstinemus Inter omnes namq3 vite huius varietates que diuersaꝝ plene sunt passionũ·apostolice exhortacõnis meminisse debem9 quia nos instruit dicens Hoc sentite in vobis · quod et in cristo ihesu·qui cum in forma dei esset·non rapinam arbitratus est esse se equalem deo· sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs in similitudinẽ hominis factus· et habitu inuentus vt homo·huiliauit semetipm fact9 obediẽs vsq3 ad mortẽ·mortẽ aut crucis Propter qd et deus illũ exaltauit ⁊ donauit illi nomẽ·qd est sup omne nomẽ· vt in nomĩe ihu omẽ genu flectat celestiũ terrestriũ ⁊ infernoꝝ et oĩs ligua ɔfiteat quia dñs ihesus xp̄s i gloria ẽ dei p̄ris

Qui magne inquit pietatis intelligitis sacramētum et qđ p salute generis huāni vnigenitus dei filius gessit aduer titis· hoc sentite in vobis· quod ꝛ in cristo ihesu· Cuius hu militas nulli aspernāda diuitum nulli est erubescenda no bilium· Nec eñ in tantū prouehi potest quelibet felicitas humana fastigium· vt estimet sibi pudendum· quod ma= nens deus in forma dei nō est arbitratus indignū Imita mini quod opatus est · diligite quod dilexit· et inuenien= tes in vobis dei graciam· vestram in illo redemate natu= ram Quoniā sic ille pauptate diuicias non amisit · gloriā humilitatē non minuit· eternitatem morte nō pdidit· ita et vos eisdem gradibus eisdemqȝ vestigijs· vt celestia ap prehendatis· terrena despicite· Suscepcio eñ crucis est interfectio cupiditatum· occisio viciorum declinacio va= nitatis et abdicacio omnis erroris Nam cum pascha do= mini non impudicus· non luxuriosus· non superbus · cele bret non auarus· nulli tamen ab hac festiuitate longius q̄ heretici sepantur Maximeqȝ illi qui de verbi incarna= cione male senciunt· aut minuēdo quod est deitatis · aut euacuando quod carnis· verus eñ deus est filius dei· to= tum habens ex patre quod pater est· nullo exordio temp alis· nulla varietate mutabilis· nec ab vno diuisꝰ· nec ab omnipotente diuersus· sempiterni genitoris vnigenitus sempiternus vt mens fidelis credens in patrem et filium ꝛ spiritum sanctum in eadeȝ vnius deitatis essentia· nec vni tatem gradibus diuidat nec trinitateȝ singularitate cō= fundat· Non autem sufficit dei filium in sola patris nosse natura nisi eum non recedentem a proprijs agnoscamus in nostris· Exinanitio eñ illa quam repacōni impendit huā ne· dispensatio fuit miseracionis· non priuatio potestatis Nam cum ex eterno consilio dei non esset aliud nomē sub celo datum hominibus in quo oporteat saluos fieri inuisi= bilis visibilem· intempalis tempalē· impassibilis passibilē substantiā suam fecit· nō vt virtus deficeret ī infirmitate

sed vt infirmitas incorruptibilem possit transire virtutē
ppter quod ipsa festiuitas que a nobis pascha nominatur
apud hebreos phase idest transit9 dicit̄ attestāte euāge
lista atq3 dicēte Ante diem festum pasche· sciens ihesus
quia venit hora eius vt transeat de hoc mundo ad patrem·
Cuius autē nature futurus erat transitus iste nisi nostre·
cuius inseparabiliter et pater in filio·et filius esset in patre
Sed quia verbum et caro vna psona est· non diuiditur
a non suscipiēte susceptus· et honor puehendi puehētis
nominatur augmētum· dicente apostolo quod iam cō=
memorauim9 ppter quod et deus illum exaltauit et dona
uit illi nomen quod est sup omne nomen In quo vtiq3 as=
sumpti hominis exaltacio omendatur· vt in cuius passio=
nibus indiuisibilis manet deitas· idem coetern9 fit in glo
ria deitatis· Ad hanc pticipacōnem ineffabilis muneris
beatum transitum fidelibus suis ipse domin9 prepabat·cū
instanti iam pximus passioni non solum p apostolis suis
atq3 discipulis sed eciā p vniuersa ecclesia supplicaret et
diceret· Non pro his rogo tm̄ sed pro his qui credituri
sunt in me p verbum ipsorum· vt omnes vnum sint· sicut
tu pater in me et ego in te· et vt ipsi in nobis vnum sint·
cuius vnitatis nullum poterunt habere consortium· qui ī
dei filio deo vero humanā negāt manere naturā· impug
natores salutiferi sacramenti et paschalis exules festi qd
quia ab euāgelio dissentiunt· et symbolo contradicunt
nobiscum celebrare non possunt· quia et si audent sibi cri
stianum nomen assumere·ab omni tamen creatura cui cri
stus caput est repellunt̄· nobis in hac solennitate merito
exultantibus· pieq3 gaudentib9· que nullum recipiētes
in veritate mendatiū nec de natiuitate cristi secdm carnē
nec de passione ac morte nec de corpali resurrectione ei9
ambigitis Quoniā sine vlla sepacione deitatis verū xpm
ab vtero virginis verū in ligno crucis verū in sepulchro
carnis verū in gloria resurrectōis verū in dextra patne

maiestatis agnoscitis Unde sicut eciam ait apostolus· ex spectamus saluatorem dominū nostrum ihesum cristū qui reformabit corpus humilitatis nostre conforme fieri cor pori glorie sue· Qui viuit et regnat cum patre et spiritu sancto in secula·

¶ De ascensione domini sermo primus·

Post beatam et gloriosam resurrectionem domini nostri ihesu cristi qua verum dei templum iudai ca impietate resolutum· diuina in triduo potēcia suscitauit· quadragenarius hodie dilectissimi sanctoꝝ di erum expletꝰ est numerus sacratissima ordinacōne dispo tus· et ad vtilitatem nostre erudicionis impensus· vt dū a domino in hoc spacio mora presentie corpalis extēditur fides resurrectionis documētis necessarijs muniret̄ Mors eñ cristi multorum discipulorum corda turbauerat· et de supplicō crucis· de exanimati corpis sepultura grauatis mestitudine mentibus quidaz diffidentie torpor obrepse rat Nam cum sancte mulieres sicut euāgelica pandit hi storia· reuolutum a monumēto lapidem et sepulchrū cor pore vacuū et viuentis domini testes angelos nūciarent verba earum apostolis alijsqꝫ discipulis deliramentis si milia videbantur Quā vtiqꝫ hesitacōnem humana infir mitate nutantē nequaq̄ pmisisset spiritus veritatis p̄di catorum suoꝝ inesse pectoribꝰ nisi illa trepida sollicitudo et curiosa cunctacio nostre fidei fundamēta iecisset· No stris igitur pturbacionibus· nostris piculis in apostolis consulebatur· nos in illis viris contra calūpnias impioꝝ et contra terrene argumēta sapientie docebam̄· nos illoꝝ instruxit aspectus· nos erudiuit auditus· nos cōfirmauit attactus Gracias agamus diuine dispensacōni ⁊ sancto rum patrum necessarie tarditati Dubitatum est ab illis· ne dubitaretur a nobis· Non ergo hij dies dilectissimi q̄ inter resurrectionem domini ascensioneqꝫ fluxerūt ocioso transiere decursu· sed magna in eis confirmata sacramēta

magna sunt reuelata misteria In his metus dire mortis aufertur· et non solum anime sed eciā carnis imortalitas declaratur· In his p insufflacionē domini infunditur apostolis omnibus spiritus sanctus · et beato apostolo petro sup ceteros · post regni claues ouilis dominici cura mandatur In his diebus duobus discipulis terci9 in via dominus comes iūgitur· ꝛ ad omnem nostre ambiguitatis caliginem detergendā·pauentium atqꝫ trepidantiū tarditas increpatur · Flammam fidei illuīnata corda concipiunt · et que erant tepida reserante scripturas domino efficiuntur ardentia In fractione quoqꝫ panis cōuescencium aperiunt̄ obtutus · multo felicius eoꝝ oculis patefactis quibus nature sue manifestata ē glorificacō ꝙ illorum generis nostri principiū quib9 p̄uaricacōnis sue est ingesta confusio Inter hec autē aliaqꝫ miracula cum discipuli trepidis cogitacōnibus estuarent · et apparuisset in medio eorum domin9 dixissetqꝫ pax vobis· ne hoc temaneret in eorum opinionib9 quod voluebatur in cordibus putabant eīm se spiritum videre non carnem · redarguit cogitaciones a veritate discordes· ingerit dubitantium oculis manentia manibus suis et pedibus crucis signa ꝛ vt diligentius pertractentur inuitat · Quia ad sananda infidelium cordium vulnera·clauoꝝ et lancee erāt seruata vestigia· vt non dubia fide sed constantissima scientia teneretur· eam naturam in dei patris consessurā throno que iacuerat in sepulchro · Per omne ergo hoc tempus dilectissimi quod inter resurrectionē domini et ascensionē eius exactum ē hoc puidentia dei curauit· hoc docuit hoc suorum et oculis insinuauit et cordibus·vt dominus ihus vere agnosceretur resuscitat9·qui vere erat natus ꝛ passus et mortuus Unde beatissimi apostoli omnesqꝫ discipuli qui et de exitu crucis erant trepidi et de fide resurrectionis ambigui ita sunt veritate perspicua roborati vt domino in celoꝝ eunte sublimia non solū nulla afficerent̄

tristicia· sed eciā magno gaudio replerentur· Et reuera magna et ineffabilis erat causa gaudendi · cum in cōspectu sancte multitudis sup omniuz creaturarum celestium dignitatem humani generis natura conscenderet· supergressura angelicos ordines · et vltra archangelorꝫ altitudines eleuanda· nec vllis sublimitatib9 modum sue pꝛouectionis habitura· nisi eterni patris recepta cōcessu illi9 glorie sociaretur in throno cui9 nature copulabat̄ i filio Quia igitur cristi ascensio· nostra prouectio est· et quo p̄cessit gloria capitis· eo spes vocatur et corpis· dignis dilectissimi exultemus gaudijs· et pia graciaꝝ actione letemur· Hodie em̄ non solun padisi possessores firmati sum9 sed eciaꝫ celorum in cristo supna penetrauimus ampliora adepti p ineffabilem cristi graciam· q̄ p diaboli amiseramus inuidiā· Nam quos virulentus inimicus primi habitaculi felicitate deiecit· eos sibi concorporatos dei filius ad patris dexteraꝫ collocauit· Cum quo viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus per omnia ꝛc·

De eodem sermo secundus·

Sacramentum dilectissimi salutis nostre· quā p̄cio sanguinis sui vniuersitatis conditor estimauit· a die corpalis ortus· vsqꝫ ad exitum passionis per dispensacōnem humilitatis impletum est· Et licet multa eciā in forma serui diuinitatis signa radiauerint· ꝓprie tn̄ illius actio tempis· ad demonstrandā suscepti hominis ptinuit veritatem Post passioneꝫ vero ruptis mortis vinculis· que vim suam in eum qui peccati erat nescius incedēdo pdiderāt· infirmitas in virtutem mortalitas in imortalitatem contumelia transiuit in gloriā Quam dominus ihesus in multis manifestisqꝫ documētis multoꝝ declarauit aspectibus· donec triūphum victorie quā reportarat a mortuis inferret in celis· Sicut ergo in solennitate paschali resurrectio domini nobis fuit causa letādi ita ascēsio eius in celos p̄sentium nobis est materia gaudiorum

recolentibus illum diem· et rite venerantibus· quo nature nostre humilitas in cristo sup omnem celi miliciam· super omnes ordines angelorum et vltra omnium altitudinem pote statum· ad dei patris est provecta consessum· Quo ordine operum diuinorum· nos fundati nos edificati sumus· vt mi rabilior fieret gracia dei cum remotis a conspectu hominum que merito reuerenciam sui sentiebant indicere· fides non diffideret spes non fluctuaret· caritas non tepet Magna= rum enim hic vigor est mentium· et valde fidelium lumen ani marum incunctanter credere que corpeo non vident intui tu· et ibi figere desiderium quo nequeas inferre conspectum Hec autem pietas vnde in nostris cordibus nasceretur· aut quomodo quisque iustificaretur per fidem· si in his tm salus con sisteret que obtutibus subiacerent· Vnde illi viro qui de resurrectione cristi videbatur ambigere· nisi in ipsius carne vestigia passionis et viso explorasset et tactu· quia vidi= sti me inquit et credidisti Beati qui non viderunt et credi derunt· Vt igitur huius beatitudinis dilectissimi capaces esse possemus· expletis omnibus que euangelice predicacionis et noui testamenti misteriis congruebant· dominus noster ihesus cristus quadragesimo post resurrectionem die coram discipulis eleuatus in celum corporali presentie modum fecit mansurus in patris dextera· donec tempora multiplicandis ecclesie filiis diuinitus preconstituta peragantur· et ad iudican dos viuos et mortuos in eadem carne in qua ascendit ad ueniat· Quod itaque redemptoris nostri conspicuum fuit in sacramenta transiuit Et vt fides excellentior esset ac fir mior· visioni doctrina successit cuius auctoritatem supernis illuminata radiis credentium corda sequerentur Hanc fidem ascensione domini auctam· et sancti spiritus munere robo= ratam· non vincula non carceres non exilia non fames non ignis non laniatus ferarum nec exquisita persequentium cru delitatibus supplicia terruerunt pro hac fide per vniuersum mundum non solum viri· sed eciam femine· nec tantum impubes

pueri sed eciā tenere virgines vsqȝ ad effusionē sui sang
uinis decertauerūt· Hec fides demonia eiecit· egritudi=
nes depulit mortuos suscitauit· Vnde et ipsi beati aposto
li · qui tot miraculis confirmati · tot sermonibus eruditi
attrocitatem tamē dñice passionis expauerāt et veritatē
resurrectionis eius non sine hesitacione susceperāt tm̄ de
ascensione domini pfecerūt · vt quicquid illis prius intu=
lerat metum· verteret in gaudium Totam em̄ cōtempla
cionem animi in diuinitatē ad patris dexteram sedentis
erexerant· nec iam corporee visionis tardabant obiectu·
quo minus in id aciem mentis intenderēt· quod nec a pa=
tre descendendo abfuerat· nec a discipulis ascendendo di
scesserat Tunc ergo dilectissimi filius hominis· dei filius
excellenti9 sacratiusqȝ innotuit cū in paterne maiestatis
gloriam se recepit· et ineffabili modo cepit esse diuinita=
te presencior· qui factus est huānitate longinquior Tūc
ad equalem patri filium eruditior fides gressu cepit men
tis accedere· et contrectacōe corpee in cristo substācie q̄
patre minor est non egere· quoniā glorificati corpis ma
nente natura · eo fides credentium vocabat vbi non car
nali manu sed spirituali intellectu par genitori genit9 tā
geretur Hinc illud est quod post resurrectionem suā do=
minus marie magdalene psonam ecclesie gerēti· cum ad
contactum ipsius pperaret accedere dicit · Noli me tan=
gere· nondū em̄ ascendi ad patrē meū· hoc est nolo vt ad
me corpaliter aduenias· nec vt me sensu carnis agnoscas
ad sublimiora te defero· maiora tibi preparo Cum ad pa
trem ascendero· tunc me pfectius et verius palpabis· ap
prehensura quod nō tangis · et creditura qd non cernis
Cum autē ascendentem ad celos dominū sequaces disci=
pulorum oculi intenta admiracōne suspicerēt · astiterūt
ipsis angeli duo mirabili vestium candore fulgentes· qui
et dixerūt Viri galilei quid statis aspicientes in celū hic ihe
sus qui assumptus ē a vobis in celū sic veniet queadmodū

vidistis eum euntem in celum· Quibus verbis omnes ecclesie filij docebantur vt ihesus cristus in eadem qua ascenderat carne venturus visibilis crederetur· nec posset ambigi omnia illi esse subiecta· cui ab ipso corporeo natiuitatis exordio famulatus seruisset angelicus· Sicut enim concipiendum cristum de sancto spiritu beate virgini angelus nunciauit· sic et editum de virgine vox celestium pastoribus cecinit· Sicut resurrexisse a mortuis supnorum nunciorum prima testimonia docuerunt· sic ad iudicandum in ipsa carne venturum angelorum officia predicarunt vt intelligeremus quante potestates sint affuture cum iudicaturo cui tante ministrarunt eciam iudicando· Exultemus itaque dilectissimi gaudio speciali et digna apud dominum graciarum actione letantes liberos cordis oculos ad illam altitudinem in qua cristus est erigamus· sursum vocatos animos desideria terrena non deprimant· ad eterna preelectos pitura non occupent· viam veritatis ingressos fallaces illecebre non retardent Et ita a fidelibus hec tempora decurrantur· vt peregrinari se in hac mundi valle cognoscant In qua eciam si quedam commoda blandiantur· non amplectenda nequiter· sed transeunda sunt fortiter· Ad hanc enim nos deuocionem beatissimus apostolus petrus incitat et secundum illam dilectionem quam pascendis cristi ouibus trina dominici amoris professione concepit· obsecrans dicit· Carissimi obsecro vos tanquam aduenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desiderijs· que militant aduersus animam Cui autem nisi diabolo carnales militant voluptates· qui animas ad superna tendentes corruptibilium bonorum delectacionibus obligare· et ab illis sedibus de quibus ipse excidit gaudet abducere· Contra cuius insidias sapienter debet fidelis quisque vigilare vt inimicum suum de eo quod temptatur possit elidere· Nichil autem est validius dilectissimi contra diaboli dolos quam benignitas misericordie et largitas caritatis per quam omne peccatum aut declinatur

aut vincitur. Sed huius virtutis sublimitas nõ pri9 apprehenditur. q̃ illud quod ei est contrariũ subruat. Quid autem tam inimicum misericordie et opibus caritatis. q̃ auaricia. de cuius radice omniũ malorum germen emergit. Que nisi in suis fomitibus enecetur. necesse est autem vt in agro cordis illius in quo huius mali planta ualuit spine pocius tribuliq3 viciorum q̃ vllum vere virtutis semen oriatur. Resistamus ergo dilectissimi huic tam pestifero malo. et caritatem sine qua nulla virtus potest enitẽ sectemur vt p hanc quã ad nos cristus descendit dilectionis viam. eciam nos ad ipsum possumus ascendere. Cui est cum deo patre et spiritu sancto honor et gloria in secula seculorum Amen

Sermo liii leonis de festo penthecostes

De pentecosten sermo primus. b̃ti leonis pp̃e

Hodiernam solennitatẽ dilectissimi p̃cipuis festis esse venerandam. omniũ catholicorũ corda cognoscunt. nec dubium est quãta huic diei reuerentia debeatur. quẽ spiritus sanctus excellentissimo sui muneris miraculo consecrauit. nam ab illo die quo domin9 sup omnium celorũ altitudinem ad dexterã dei patris cõsessurus ascendit decimus iste est. qui ab ei9 resurrectõe quinquagesimus nobis in eo a quo cepit illuxit. magna misteria et veterum sacramentorũ in se continẽs et nouorum quibus manifestissime declaratur. et graciã p̃nunciatam fuisse p legem. et legẽ impletã esse p graciã. Sicut em̃ hebreo quondã populo ab egibcijs liberato quinquagesimo die post imolationẽ agni lex data ẽ in mõte synaita post passionem cristi qua verus dei agnus occisus est quinquagesimo a resurrectionis ipsius die in apostolos plebemq3 credentium spiritus sanctus illapsus est. vt facile diligens cristianus agnoscat inicia veteris testamẽti euãgelicis ministrasse principijs et ab eodem spiritu conditum fedus secundum a quo primum fuerat institutum. Nam sicut apostolica testat̃ historia. Dũ cõplerent̃ dies

penthecostes· essentq₃ omnes discipuli pariter in eodē loco· factus est repente de celo sonus tanꝗ͠ aduenientis spirit9 vehementis· et repleuit totam domū· vbi erant sedentes· Et apparuerunt illis dispertite lingue tanꝗ͠ ignis· sedit q₃ sup singulos eoꝝ· et repleti sunt omēs spiritu sancto ⁊ ceperunt loqui varijs linguis ꝓut spiritussanctus dabat eloqui illis· O ꝗ͠ velox est sermo sapientie et vbi deus magister est· ꝗ͠ cito discitur quod docet· Non est adhibita interpretacio ad audiendum· non ɔsuetudo ad vsum· non tempus ad studium· sed spirante vbi voluit spiritu veritatis· ꝓprie singularum gentium voces facte sunt in ecclesie ore cōmunes Ab hoc igitur die tuba euāgelice p̄dicacōnis intonuit· ab hoc die imbres carismatum flumina benedictionum omne desertum et vniuersam aridam rigauerūt quoniam ad renouandam faciem terre spiritus dei ferebatur super aquas et ad veteres tenebras abigendas noue lucis fulgura choruscabant cum micantium splendore linguarum· vt verbum domini lucidum et eloquium conciperetur ignitum· cui ad creandum intellectum consumendumq₃ peccatum· et efficacia illuminandi et vis inesset vrendi· Quamuis autē dilectissimi valde fuerit ipa rei geste forma mirabilis nec dubium sit· in illo omnium humanarum vocum exultante conuentu maiestatem sancti spiritus fuisse presentē· nemo tamē estimet in hijs que corporeis visa sunt oculis diuinam eius apparuisse substāciam· Natura enim inuisibilis et patri filioq₃ communis· qualitatem muneris atq₃ operis sui· qua voluit significacione monstrauit· proprietatem vero essencie sue in sua deitate continuit· quia sicut nec patrem nec filium· ita nec spiritum sanctum humanus potest visus attingere· In trinitate enim diuina nichil dissimile nichil impar est· et omnia que de illa possunt substancia cogitari· nec virtute· nec gloria· nec eternitate discreta sunt Cumq₃ in pſonaꝝ proprietatibus alius sit pater· ali9 sit filius· alius

spiritus sanct9 non tñ alia deitas nec diuersa natura est. Siquidem cum de patre sit fili9 vnigenitus ꝛ spirit9 san ctus patris filijqȝ sit spiritus. nō sicut quecūqȝ creatura que ꝛ patris ꝛ filij ē. sed sicut cū vtraqȝ viuens et potens. et sempitern9 ex eo ꝙ ē pater filiusqȝ subsistens. Vnde cū dominus ante passioms sue diem discipulis suis sancti spi ritus spōderet aduentum. Adhuc inquit multa habeo vo bis dicere. sed non potestis illa modo portare. Cum autē venerit ille spiritus veritatis. ille diriget vos in omnez ve ritatez. Non em̄ loquet̄ a semetipso. sed quecūqȝ audit lo quet̄ ꝛ futura annūciabit vobis. Omnia que habet pater mea sunt. ꝓpterea dixi. quia de meo accipiet ꝛ annūciabit vobis. Non ergo alia sunt patris. alia filij. alia spirit9 san cti. sed om̄ia que habet pater. habet et filius et spirit9 san ctus. nec vnꝗ̄ in illa trinitate defuit ista cōmunio. qꝛ hoc ē ibi omnia habere. qđ semper existere. nulla ibi tempꝰa. nulli gradus. nulle differēcie cogitent̄. ꝛ si nemo de deo pōtest explicare quod ē. nemo audeat affirmare quod nō est. Ex cusabilius em̄ est de natura ineffabili nō eloqui digna. ꝙ̄ diffinire contraria. Quicquid itaqȝ de sempiterna et incō mutabili gloria patris. pia possunt corda concipe. hoc sit et de filio et de spiritu sancto inseꝑabiliter atqȝ indifferē ter intelligāt. Ideo bene hanc beatam trinitatem vnū cō fitemur deum. quia in his trib9 ꝑsonis nec substancie. nec potencie. nec voluntatis. nec opacōnis est vlla diuersitas. Sicut ergo detestamur arrianos qui inter patrē et filiū aliquā volunt esse distantiā. ita eciā macedonianos ꝑit detestamur. qui licet patri et filio tribuāt equalitatē. spi ritum tamē sanctū. inferioris putāt esse nature. nō ꝯsiderā tes eā blasphemiā se incidere. q neqȝ in p̄nti seculo. neqȝ in futuro sit remittēda iudicio dicēte dn̄o. Quicūqȝ dixerit verbū ꝯtra filiū hoīs. remittet̄ ei. Qui aūt dixerit cont̄ spūm sanctū. n̄ remittet̄ ei. neqȝ i h̄ sc̄lo ꝛc̄. Permanēs ergo i hac ipietate. sine venia ē. qꝛ exclusit a se eū. ꝑ quē poterat ꝯfiteri.

Nec vnq̄ puenit ad indulgentie remediū qui patrocinaturum sibi non habet aduocatū Ab ipso em̄ est inuocacō patris· ab ipso sunt lacrime penitentiū · ab ipso gemitus supplicantiū· et nemo potest dicere dn̄m ihesum nisi in spiritu sancto Cuius equalē cum patre et filio omipotenciā· vnamq3 deitatem euidētissime apostolus predicat dicens Diuisiones vero graciaꝝ sunt· idem aūt spiritus et diuisiones ministracionū sunt idē autē dominus et diuisiones opacionum sunt· idē vero deus qui opatur omnia in omib9 His dilectissimi aliisq3 documētis quib9 innumerabiliter diuinoꝝ eloquiorum choruscat auctoritas· ad veneracionem pētecostes vnanimit̄ incitem̄ exultātes in honorē sancti spirit9· p quē omis ecclesia catholica sanctificat̄ omis anima racionalis imbuit̄· qui inspirator fidei doctor sciencie fons dilectōnis signaculū castitatis et toti9 est causa virtutis gaudeant fideliū mentes · q̄ in toto mūdo vnus deus pater et filius et spirit9 sanct9 oīm linguaꝝ confessione laudat̄· quodq3 illa significacō que in specie ignis apparuit et ope pseuerat ⁊ munere Ipse em̄ spiritus veritatis facit domum glorie sue luminis sui fulgere nitore· et in templo suo nec tenebrosum aliquid vult esse nec tepidum De quo ope atq3 doctrina eciā ieiunioꝝ nobis at3 elemosinarum est collata purgacio· Nam hūc venerabilē diem· sequit̄ saluberrime obseruācie ɔsuetudo· quā vtilissimā3 sibi omnes sancti semp expti sunt· et ad quā sedulo celebrādam pastorali vos sollicitudine cohortam̄· vt si quid macularum pximis diebus negligentia incauta contraxit· id et ieiunii censura castiget et deuocō pietatis emēdet Quarta igit̄ et sexta feria ieiunemus· sabbato autē in idipsum consueta deuocōne vigilias celebrem9· p dn̄m nostrū ih̄m xp̄m qui viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ Amen

De eodem sermo secundus·

Plenissime quidē nobis dilcissimi causā3 atq3 rōnē solennitatis hodierne diuinoꝝ eloquioꝝ textus

ostendit· quo sanctum spiritum quadragesimo a domini resurrectionis die qui ab ascensione eius est decimus infusum cristi discipulis sicut pmissus sperabatur agnouimus sed ad nouos ecclesie filios instruendos· addendum est eciam nostri sermonis obsequium Non enim timemus vt spiritales et eruditi vota fastidiant· ad quorum fructum ptinet· vtque plurimis insinuari velint· quod ipsi cum magna humilitate didicerunt Fiat ergo per corda omnium dispensacio munerum diuinorum et seruitutem oris nostri docti indoctique non spernant· Illi vt pbent se amare quod norunt isti vt ostendant se desiderare quod nesciunt Huic enim preparacioni nostre aderit ipsius largitas· de cuius loqui maiestate gestimus· vt ad pfectum tocius ecclesie et vos capaces et nos faciat habundantes Cum igitur ad intelligendam dignitatem spiritus sancti aciem mentis intendimus· michil diuersum ab excellencia patris et filij cogitemus quia in nullo ab vnitate sua discrepat diuinitatis essencia Sempiternum est patri consempiterni filij sui esse genitorem· sempiternum est filio · intempaliter a patre esse pgenitum sempiternum quoque est spiritui sancto spiritum esse patris et filij et nunquam pater sine filio· et nunquam filius sine patre nunquam pater et filius fuerunt sine spiritu sancto· et omnibus existencie gradibus exclusis nulla ibi persona fit anterior· nulla posterior Huius enim beate trinitatis · et incomutabilis deitatis vna est substancia indiuisa in ope concors in voluntate· par in omnipotencia· equalis in gloria De qua cum sancta scriptura sic loquitur· vt aut in factis aut in verbis aliquid assignet· quod singulis videatur conuenire psonis· non pturbatur fides catholica sed docetur· vt per ppetatem aut vocis aut opis insinuetur nobis veritas trinitatis· et non diuidat intellectus quod distinguit auditus Ob hoc quedam siue sub patris siue sub filij siue sub sancti spiritus appellacione pmitutur· vt confessio credentium in trinitate non erret Que cum sit inseparabilis· nunquam intelligeretur esse trinitas· si semper insepabiliter diceretur Bene ergo ipa difficultas loquendi cor nostrum ad

intelligentiā trahit· et p infirmitatez nrām celestis doctri na nos adiuuat· vt quia in deitate patris et filij et spirit9 sancti nec singularitas est nec diuersitas ē cogitanda vera vnitas et vera trinitas possit quidez aliquaten9 simul mente sentiri et non posset simul ore pferri Fundata igit̄ dilectissimi in cordib9 nostris fide qua salubrit̄ credimus ꝙ simul tota trinitas vna virtus ē· vna maiestas· vna substancia indi screta ope inseparabilis dilectōe· indifferēs potestate· simul implēs omia· simul otinens vniuersa Quod em̄ est pater· hoc est filius hoc est spirit9 sanctus Et vera deitas in nullo esse aut maior aut minor potest· que sic in tribus est confitenda psonis· vt et solitudinē nō recipiat trinitas· et vnitatem seruet equalitas Hac ingꝫ dilectissimi fide firmiter apprehensa nō ambigamus quod cū in die penthecostes discipulos domini spiritus sanct9 impleuit· non fuit inchoacō muneris· sed adiectio largitatis· Nam et patriarche et ꝓphete et sacerdotes· omnesqꝫ sancti qui prioribus fuere tempibus· eiusdē sunt sancti spiritus sanctificacōne vegetati· ⁊ sine hac gracia nulla vnqꝫ instituta sacramēta· nulla sunt celebrata misteria vt eadem fuerit semp virtus carismatum· quāuis non eadem fuerit mēsura donoꝝ ipsi quoqꝫ beati apostoli ante passionez domini sancto spiritu non carebāt· nec potentia huius virtutis aberat ab opib9 saluatoris Et cum discipulis daret infirmitatū curacionem· et eiciendorum demonū potestatem· eius vtiqꝫ spiritus largiebat̄ effectū· in quo ipsum immundis spiritibus impantem iudeoꝝ negabat impietas· ⁊ diuina beneficia diabolo deputabat Vnde talit̄ blasphemātes merito illā dn̄i excepere sententiā q̄ ait Omne peccatū ⁊ blasphemia remittet̄ homib9 spirit9 aūt blasphemia nō remittetur hominibus Et qui cūqꝫ dixerit verbum cōtra filiū hominis remittet̄ ei Qui aūt dixerit contra spiritum sanctum nō remittet̄ ei neqꝫ in hoc seculo neqꝫ in futuro· Vnde manifestum est peccatorum remissionez sine spirit9

sancti inuocacõne non fieri nec quemꝙ̄ sine illo sicut expe
dit ingemiscere aut sicut oportet orare dicēte apostolo
quid autē oremus sicut oportet nescimus sed ipse spirit9
postulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilib9 Et nemo po
test dicere dñm ihesum nisi in spiritu sancto quo vacuari
nimis exiciabile est nimisqȝ mortiferū quia nunꝙ̄ veniam
meretur q̄ ab intercessore deserit̄ Omēs ergo dilectissimi
qui in dominū ihesum crediderāt infusum sibi habebāt spi
ritum sanctum ⁊ remittendoꝝ peccatorum iam tūc apo
stoli acceꝑant potestatem quā post resurrectionem suam
sibi dominus insflauit et dixit Accipite spiritū sanctū quo
rum remiseritis peccata remittent̄ eis et quoꝝ retinueri
tis retinebūtur Sed illi ꝑfectiōi que erat discipulis con
ferenda maior gracia ⁊ habundācior inspiracō seruaba
tur per quā et que nondū acceꝑant sumerent et excellē
cius possent habere que sumpserant Propter qđ domin9
dicebat Adhuc multa habeo vobis dicere sed non pote
stis portare modo Cum aūt venerit spirit9 veritatis ille
diriget vos in omnē veritatem nō em̄ loquet̄ a semetipo
sed que audierit loquetur et futura anūciabit vobis Ille
me clarificabit quia de meo accipiet et anūciabit vobis
Quid ergo est ꝙ domin9 ꝓmittens discipulis spiritū san
ctum qui dixerat iam oīa que audiui a patre meo nota vo
bis feci Adhuc iquit mlta habeo vob dicē sȝ nō ꝑtestis
portare modo Cum aūt venerit ille spiritus veritatis ille
vos diriget in omnē veritatē Nūquid sese domin9 inferio
ris sciēcie volebat intelligi aut minus aliquid ꝙ̄ spiritū
sanctū a patre didicisse cū ipse sit veritas et nichil pater
nichil spiritus sanctus possit dicere sine verbo a deoqȝ sit
dictum de meo accipiet quoniam quod accipit spiritus
patre dante dat fili9 Non itaqȝ alia erat īsinuanda veri
tas nec alia p̄dicanda doctrina sed optebat capacitateȝ
eoꝝ qui docebant̄ augeri ⁊ mltiplicari ↄstanciā illi9 cari
tatis que omnem formidinem foras mitteret et furorem

psequentiũ nõ timeret Quod vtiqȝ apostoli postea q̄ₚ noua spiritus sancti habundãtia sunt repleti ardẽtius velle et efficatius posse ceperunt pficientes a pceptoꝝ sciencia ad tollerantiã passionum vt sub nulla iam tẽpestate trepidantes fluctus seculi et elaciones mundi fide supgredi ente calcarent et morte contempta omnibus gentibus euangelium veritatis inferrent Quod vero addidit dominus dicens quecumqȝ audierit loquet̃ et futura anũciabit vobis nõ segni intellectu dilectissimi nec trãsitorio accipiamus auditu pter alias em̃ veritatis locuciones quibus manicheoꝝ confutat̃ impietas hac aptissime sentencia totum sacrilege falsitatis dogma psternit̃ Nam vt magnum quendã atqȝ sublimen viderent̃ sequi auctorez in magistro suo manicheo aparuisse spiritũ sanctuȝ crediderunt pmisumqȝ a domino paclitum non prius venisse q̄ₚ hic infeliciuȝ deceptor oriret̃ in quo ita spiritus sanct9 manserit vt non aliud fuerit manicheus ipseq̄ₚ spiritus qui p misterium corporee vocis et lingue discipulos suos in omnẽ induceret veritatẽ et nunq̄ₚ cognita pteritorum seculoꝝ secreta reseraret Quod q̄ₚ fit ridiculum q̄ₚqȝ vanum tederet ostẽdere nisi adhuc quosdã nõ puderet hoc credere Maniche9 igit̃ magister falsitatis diabolice et conditor supsticionis obscene eo tempe dampnandus innotuit quo post resurrectionẽ domini ducentesim9 ⁊ sexagesimus annus impletus ẽ probo impatore paulinoqȝ cõsule cum octaua iam in cristianos psecucio ebuliret et innumera martirum milia ipis suis victorijs pbauissent impletum esse quod dominus pmiserat dicens Cum autem tradẽt vos nolite cogitare quõ aut quid loquamini Dabitur em̃ vobis in illa hora quid loquami non em̃ vos estis qui loquimini sed spirit9 patris vestri qui loquit̃ in vobis Non ergo potuit pmissio domini p tãta etatuȝ interualla differri nec ille spiritus veritatis quẽ mund9 nõ accepit impioꝝ ita septiformẽ illã donoꝝ suoꝝ otinuit largitatẽ

vt tot ecclesie generacões sapientia et intellectu consilio et fortitudie scientia et pietate atqz ipso dei timore fraudaret · donec pdigiosus turpium mēdatiorū signifer nasceretur cui nec hoc quidez tribui potest · quod vel exiguam diuine inspiracōnis acceperit porcionem · qm̄ et hic de illa mundi extitit pte · que non potest spiritum veritatis accipere · Repletus em̄ spiritu diaboli · spiritui restitit cristi · et cū sanctis dei hoc pacliti doctrina otulerit vt ficta p̄dicerēt h̄ne falsitates ei9 ipse rex pcess9 arguēt · ridēdarū impudētiā fabularū · et in p̄teritas retrorsit etates · et quasi nichil nos de sempiternitate creatoris nichil de ordine creature in vniuersum mūdum bene lex sancta · et diuinitus inspirata phecia docuisset · in contumeliā dei et in oīm iniuriam naturaꝝ inexplicabilium mēdaciorū mōstra contexuit quibus tandez suas insinuaturus insanias · nisi multū incestis et nimium a lumine pietatis auersis · q̄ siue p ignorantie cecitatē · siue p turpitudinis appetitum · ad illa nō sacra · sed execrāda pueniūt · Que pter cōmūez verecundiā non sunt nostro sermone pmenda · cū iam habundantissime ipsorū sint confessione patefacta Nulli ergo vestrum dilectissimi suadeatur quod tāte impietatis auctorez spiritus sanctus aliqua ex pte dignatus sit Nichil ad istū prorsus de illa virtute puenit · quā ecclesie sue cristus pmisit et misit Dicente em̄ iohāne Spiritus nondum erat datus quia ihesus nondum fuerat clarificatus · domini ascensio dandi spiritus fuit racio · Quē ille necesse est vt neget datum qui ad cōsessum paterne dextre verū in cristo hominē negat esse puectū Nos ergo dilectissimi ad beatam eternitatē et anime et carnis per regeneracionem sancti spiritus adoptati sacratissimi festi istius diez racionabili obsequio et casta leticia celebremus · confitētes cum beato paulo apostolo q̄ domin9 ihesus crist9 ascēdens in altum · captiuam duxit captiuitatē dedit dona hominibus · vt euāgelium dei p omne humane vocis eloquiū

predicetur et omnis ligua confiteatur quia dominus ihesus cristus in gloria est dei patris Ad presentem autem solennitatem eciam ista est assumenda deuotio nobis ut ieiunium quod ex apostolica tradicione subsequitur sancta obseruantia celebremus. Quia et hoc inter maxima sancti spiritus dona numerandum est quod nobis aduersus illecebras carnis et insidias diaboli ieiuniorum sunt collata presidia quibus omnes temptaciones deo adiuuante vincamus. Quarta igitur et sexta feria ieiunemus sabbato apud beatum petrum apostolum vigilias celebremus patrocinante eodem oracionibus nostris ut in omibus misericordiam dei obtinere mereamur per eundem dominum nostrum ihesum cristum viuentem et regnantem etc.

De eodem sermo tercius.

Hodiernam dilectissimi festiuitatem toto terrarum orbe venerabilem illius sancti spiritus consecrauit aduentus qui post resurrectionem domini quinquagesimo die in apostolos populumque credentium sicut sperabatur influxit. Sperabatur autem quia illum dominus ihesus promiserat affuturum non ut tunc primum sanctorum esse habitator inciperet sed ut sacrata sibi pectora et feruentius accenderet et copiosius mundaret cumulans sua dona non inchoans nec ideo nouus opere quia dicior largitate. Numquam enim ab omnipotentia patris et filii sancti spiritus est discreta maiestas et quicquid in disposicione omnium agit rerum diuina moderacio ex totius venit prouidentia trinitatis. Una est ibi benignitas misericordie una censura iusticie nec aliquid est in actione diuisum ubi nichil est in voluntate diuersum. Que ergo illuminat pater illuminat filius illuminat spiritus sanctus. Cumque alia sit persona missi alia mittentis alia promittentis simul nobis et unitas manifestatur et trinitas ut essencia habens equalitatem et non recipiens solitudinem et eiusdem substancie non eiusdem intelligatur esse persone Ad ergo salua cooperacione inseparabilis deitatis

quedam pater· quedaȝ filius· quedã ꝓprie spiritus sanctꝰ exequitur nostre disposicõ redempcionis nostre salutis ē racio Ubi em̄ homo ad ymaginem ⁊ similitudinē dei factꝰ in honore sue nature mansisset nec diabolica fraude decep tus a lege sibi posita post concupiscencias deuiasset· cre ator mundi creatura non fieret neqȝ aut sempiternꝰ tem palitatem subiret· aut equalis deo patri filiꝰ deus formā serui et similitudinē carnis peccati assumeret· Quia vero inuidia diaboli mors introiuit in orbem terraꝝ · et aliter solui captiuitas humana non potuit· nisi causam nostraȝ ipse suscipet· qui sine maiestatis sue dampno et verus hō fieret et solus peccati contagium nō haberet· diuisit sibi opus nostre repacōis misericordia trinitatis vt pater ꝓ piciaret· filius ꝓpiciaret· spiritus sanctus igniret· Oportebat em̄ vt aliquid eciam saluandi pro se agerent · et cō uersis ad redemptorem cordibus ab inimici dominacōe discederet · Unde sicut apostolus ait· misit deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem abba pater· vbi auteȝ spiritus domini ibi libertas· Et nemo potest dicere dominum ihesuȝ· nisi in spiritu sancto Ubi ergo duce gracia dilectissimi fideliter sapienterqȝ noscamus· quid patri quid filio quid spiritui sancto · in repacione nostra proprium· quid ve oñe sit · ea q̄ ꝓ nob̄ huiliter ⁊ corpalit̄ gesta sunt ita ꝓculdubio suscipiemus vt nichil indignū de vna atqȝ eadem trinitatis gloria sentiamus Quāuis em̄ nulla mēs ad cogitanduȝ de deo nulla ad loquendū lingua sufficiat tamē quantūcumqȝ illud est quod humano intellectu de essencia paterne deitatis attingitur nisi vnū atqȝ idem est cū nichil de vnigenito eius vel de spiritu sancto cogitat̄ non pie sapitur· sed nimis carnaliter caligat̄ et id quod de patre congruenter sentiri videbat̄· amittitur· quia a tota trinitate receditur · si in ea vnitas nō tenetur Nulla autem racione vere est vnū quod aliqua est inequalitate diuersum · Cum igit̄ ad confitendum patrem et filium et

ſpiritum ſanctum aciem mentis intendimus· ꝓcul ab ani=
mo formas viſibilium rerum et etatē temꝑalium natura=
rum· procul corpora locoꝝ et loca corꝑm repellam⁹· Diſ=
cedat a corde quod ſpacō tenditur · quod fine cōcludit
et quicquid nec ſemꝑ vbiqꝫ nec totum eſt· Cogitacio de
deitate trinitatis cōcepta· nichil ꝑ diſtanciam intelligat·
nichil ꝑ gradus querat· At ſi quid dignum de deo ſenſe
rit· nulli hoc ibi audeat negare ꝑſone· tanꝗ̄ honorificen=
cius patri aſſeribat qd̄ filio ſpirituiqꝫ nō attribuat· Non
eſt pietas· vnigenito preferre genitorem· filij contume=
lia · patris eſt iniuria· Quod vni demitur vtriqꝫ detra=
hitur· Nā cum illis et ſempiternitas ſit cōmunis ⁊ deitas
nec omnipotens pater· nec incōmutabilis eſtimat̄ · ſi aut
minorem ſe genuit· aut quē non habuit· habendo ꝑfecit
Dicit quidē dominus ihesus diſcipulis ſuis· ſicut euāge
lica lectione recitatū eſt · Si diligeretis me gauderetis
vtiqꝫ quia vado ad patrem quia pater maior me eſt Sed
hoc ille aures que ſepius audierunt ego ⁊ pater vnum ſu
mus· et qui me videt videt et patrem· ſine deitatis acci=
piunt differencia· Non de illa hoc eſſentia intelligūt· quā
ſempiternā cum patre ⁊ eiuſdem nature nouerunt eſſe fir
ma racione · Commēdatur ergo eciā ſanctis apoſtolis in
īcarnacōne verbi diuini hūana ꝓuectio et qui denūciato
ſibi a domino turbabant̄ abſceſſu ad eterna gaudia hono
ris ſui incitātur augmēto Si diligeretis me inquit gau
deretis vtiqꝫ· quia vado ad patrem· hoc eſt ſi ꝑfecta ſcien
cia videretis quid vobis glorie confertur· ꝑ hoc ꝙ ex deo
patre genitus· eciā ex homie matre ſum natus· ꝙ domin⁹
eternorum vnus volui eſſe mortalium· ꝙ viſibilem me inui
ſibilis ꝑ̄bui· ꝙ formā ſerui in formā dei ſempitern⁹ accepi·
gauderetis quia vado ad patrem Vobis em̄ hoc ꝑ̄ſtatur
aſcenſio· et ſup omnes celos ad patris dexterā collocan=
da veſtra in me humilitas eleuatur· Ego aūt qui hoc ſum
cum patre qd̄ pater eſt· indiuidu⁹ cum genitore ꝑmaneo·

et sic ab illo ad vos veniens non recedo· quēadmodum et vos ad illum rediens nō relinquo Gaudete ergo quia va do ad patrē quia pater maior me est· vniui em̄ vos michi et factus sum filius hōis· vt vos filij dei esse possitis Vnde licet vnus in vtroqꝫ sim tamen quo vobis conformior pa= tre sum minor Quo autē a patre non diuidor· eciā meipso sum maior Natura itaqꝫ que minor ē patre· vadat ad pa trem· et ibi sit caro vbi semper est verbum et vna ecclesie catholice fides quā scdm humanitatē nō diffitetur mino rem scdm deitatem credat equalem Contempnat̄ igitur dilectissimi vana ⁊ ceca versucia heretice impietatis que sibi huius sentencie seua interpretacōne blandit̄· ac dicē te domino· omnia que habet pater mea sunt· nō intelligit se patri demere· quicquid audet filio denegare· et ita in his que humana sunt decipit· vt putet ꝙ iam vnigenito paterna defuerint quia nostra suscepit· non minuit in deo misericordia potestatē nec delata reconsiliacō creature sempiterne defectus est glorie Que habet pater· habet fi lius· habet et spiritus sanctus quia tota simul trinitas est vnus deus· Hanc autē fidem non terrena sapientia repe rit· nec opinio humana ꝑsuasit· sed ipse vnigenitus filius docuit· ipse sanctus spiritus instituit· de quo nichil ē alit̄ ꝙ̄ de patre et filio sentiendum· Quia licet nō sit pater nō sit filius non tamē est a patre et filio diuisus· et sicut pro= priam in trinitate habet ꝑsonam· ita vnā patris et filij ha bet diuinitatis substantiā· omnia implentē omia continē tem· et cum patre et filio vniuersa moderantē per infinita secula seculorum Amen·

De ieiunio penthecostes sermo primus·

Hodiernam dilectissimi festiuitatē de descensione sancti spiritus cōsecratā sequitur vt nostis solen ne ieiunium· qd animis corpibusqꝫ curandis salu briter institutum· deuota nobis est obseruancia celebrā dum Repletis namqꝫ apostolis virtute ꝓmissa ⁊ in corda

eorum spiritu veritatis ingresso. non ambigimus inter ce
tera celestis sacramenta doctrine. hanc spiritalis conti-
nencie disciplinam de pacliti magisterio primit9 fuisse cō
ceptam. vt sanctificate ieiunio mētes cōferendis sibi ca-
rismatibus fierent aptiores Aderat quippe cristi discipu
lis ptectio omnipotētis auxilij. et principibus nascentis
ecclesie tota patris filijq3 diuinitas in p̄sentia sancti spiri
tus p̄sidebat sed contra instantes impetus psequentium.
contra minaces fremitus impioꝝ. non corpis fortitudie
nec carnis erat saturitate certandum. cū hoc maxime ho-
minis interiora corrumpat quod exteriora delectat. et tā
to fiat racionalis anima purgatior. quāto fuerit substan
cia carnis afflictior Hij itaq3 doctores qui exemplis ⁊ tra
dicionib9 suis omnes ecclesie filios imbuerūt tyrocinium
milicie cristiane sanctis ieiunijs inchoarunt. vt cōtra spi-
ritales nequicias pugnaturi abstinētie arma rapent qui
bus vicioꝝ incētiua trūcarent Inuisibiles eñ aduersarij
et incorpales hostes non erunt contra nos validi. si null
carnalibus desiderijs fuerimus immersi Cupiditas quippe
nocēdi in temptatore perpetua est Sed iermis atq3 inef
ficax erit si nichil in nobis vñ cōtra nos pugnet inuenerit
Quis aūt hac fragili carne circūdatus. et in isto mortis
corpe constitutus. eciā qui multū valideq3 pfecerit. ita
iam de sua salute securus sit. vt ab omni se illecebraꝝ pi-
culo credat alienum. Donet licet sanctis suis cottidianā
gracia diuina victoriam non aufert tamē dimicandi ma
teriam. quia et hoc ip̄m de misericordia ptegentis ē. qui
nature mutabili ne de cōfecto prelio supbiret. semper vo
luit superesse quod vinceret Igit̄ post sancte dies leticie
quos in honorem domini a mortuis resurgentis ac deinde
in celos ascendētis exegimus. postq3 pceptum sancti spi-
ritus donū salubriter et necessarie cōsuetudo est ordinata
ieiunij vt si quid forte inter ip̄a festiuitatū gaudia negli
gens libertas ⁊ licētia inordinata p̄sumpsit hoc religiose

abstinencie censura castiget Que ab hoc quoq studiosius exequenda est. vt illa in nobis que hac die ecclesie diuinitus sunt collata pmaneāt. Templum em̄ facti sancti spiritus ꝛ maiori ꝙ vnꝗ copia diuini fluminis irrigati nullis debemus concupiscencijs vinci nullis vicijs possideri. vt virtutis habitaculum nulla sit contaminacōne pollutum Quod vtiq regente atq iuuante domino omnibus obtinere possibile est si p ieiunij purificacōnem ac p misericordie largitatē studeamus et peccatoꝝ sordib9 liberari. et caritatis fructib9 esse fecūdi Quicq̄d em̄ in cibos paupm in curacōnes debilium. in precia captiuoꝝ et in quelibet opa pietatis impendit̄. nō minuitur sed augetur Nec vnꝙ apud deū pire poterit quod fidelis benignitas erogarit. dum quodcūq tribuit ad subsidium. id sibi recondit ad p̄mium Beati em̄ misericordes. qm̄ ipsoꝝ miserebitur deus. Nec delictoꝝ memoria erit. vbi testimonium pietatis affuerit Quarta igit̄ et sexta feria ieiunemus. Sabbato autē vigiliaꝫ apud beatissimum petrum apostolum celebremus. cuius nos oracōnib9 et a spiritualib9 inimicis et a corporeis hostibus confidimus liberari. Per dominum nostrum ihesum cristum qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum Amen.

De eodem sermo secundus.

Dubitandum non est dilectissimi omnem obseruanciam cristianaꝫ erudicionis esse diuine et quicq̄d ab ecclesia in ꝯsuetudineꝫ est deuotionis receptū de tradicione apostolica. et de sancti spiritus pdire doctrina. qui nunc quoq cordib9 fidelium suis p̄sidet institutis vt ea omnes et obedienter custodiāt ꝛ sapient̄ intelligāt Nam cū in die pēthecostes. quā a pascha domini quiquagesimum celebramus. pmissus a domino spiritus sanctus exspectancium mētes maiori ꝙ vnꝙ copia et clariori presentia sue maiestatis impleuerit manifestissime patet. int̄ cetera dei munera. ieiunioꝝ quoq graciā que hodiernā

festiuitate3 indiuisa subsequitur tunc fuisse donatam vt sic fuit cōcupiscencia inicium peccatorum· ita sit ↄtinencia origo virtutū In exercendo autē hoc dei munere nō ideo segniores esse debemus quia et iudei et heretici sepe ab eadē dilibertate se continēt· et apud ipsos paganos sunt quedam vana ieiunia Aliud autem agit sub veritate racio· aliud sub falsitate decepcio· Apud nos fides sanctificat eciā manducantē apud illos infidelitas polluit ieiunāte3 Vnde quia extra ecclesiam catholicā nichil est integrum nichil castum· dicente apostolo· omne quod nō est ex fide peccatum est· cum diuisis ab vnitate corporis cristi nulla similitudine comparamur nulla cōmuniōe miscemur· qd vtique nobis saluberrimū maximūq3 ieiunium est Ad virtute3 enim continentie nichil prius ptinet quam ab erroribus abstinē quia tunc demū bene ambulatur· cum p viam veritatis incceditur· Nam quia angusta et ardua declinantes· pcliuia et lata sectando cito in pdicionem deueniūt· melior ē gradus lentior p iter rectum· quam velocitas festina per deuium Agnoscat ergo catholicus cristianus fructus ieiunij sui· quod eciā inter maximas largitates sterilissimū erit· nisi de sancti spiritus rigacione pcesserit Cum enim dicat apostolus nullas sibi virtutes sine caritate pdesse· idemq3 dicat caritatem dei esse diffusam in cordib9 nostris p spiritum sanctum· qui datus est nobis· cauendum ē ne bona quē facere sine bonitate nō possumus· elacōne pdamus Nam omi se merito laude dispoliat qui de studijs industrie sue in se magis quam in domino gloriatur Cum beatus dauid doceat in sanctorum opibus deum esse laudādum dicens Mirabilis deus in sanctis suis· deus israhel ipse dabit virtute3 et fortitudinē plebi sue Et iterum· domine in lumie vult9 tui ambulabunt et in nomie tuo exultabunt tota die· et in iusticia tua exaltabuntur· quoniam gloria virtutis eorum tu es· Et iō dilectissimi scdm erudicōne3 sancti spiritus p quē ecclesie dei omnium virtutum dona collata sunt suscipiam9 alacri

fide solenne ieiunium· et in mandatis que potuerimus effi
cere· contineamus nos ab inflacōne iactancie ad dei glo=
riam cūcta referentes qui et bonaꝝ inspirator est volūta
tum et bonaꝝ auctor est actionum Di· domino· sic luceat
lumen vestrum coram hominibus vt videāt opa vestra bona
et magnificēt patrem vestrum qui in celis est· Qui viuit
et regnat et cetera·

De eodem sermo tercius·

Sanctarum solennitatum dilectissimi ordine cele=
brato· et spiritualis leticie deuocione completa·
optet nos ad salubritatem recurrere pcitatis re=
mediumqꝫ ieiunij et exercendis mentib9 et castigandis
adhibere corpibus vt quia nos satis de hoc et diuina mo
nita et ppria expimenta docuerunt Primum p sacratissi=
morum dierum decursum diuine pietati gracias reforma
mus cum sanctas continēcia delicias appetentes aliquan
tulum nobis de terrenoꝝ ciborum habundācia subtraha
mus· ita vt pficiat elemosinis quod non impēdit̄ mensis·
Tunc enim demū ad anime curacionē pficit medicina ie=
iunij cum abstinencia ieiunātis esuriem reficit indigentis
Quia ergo scimus apud misericordē deum ieiunijs pcel=
lere elemosine largitatem dicente ipso domino· Date ele=
mosinam et omnia munda sunt vobis· Si animas nostras
cupimus peccatoꝝ sordibus emūdari· elemosinā paupi=
bus non negemus· vt in die retribucōnis ad pmerēdum
domini misericordiā· misericordie opibus adiuuemur· per

De eodem sermo quartus·

Inter omnia dilectissimi apostolice instituta doctrine que
ex diuine erudicōnis fonte manarunt dubium non est· in
fluente ecclesie principib9 spiritu sancto· hāc primum ab
eis obseruantiā fuisse conceptam vt sancti obseruacione
ieiunij omniū virtutum regulas inchoarēt· quia multum
ad pcepta dei exequenda pdesset· si cristiana milicia con
tra omnia incentiua vicioꝝ continentie se sanctificacōne

muniret Cum em̄ p illecebraꝫ cibi irrepserit prima causa peccati quo salubriore dei munere vtit̄ redēpta libertas qm̄ vt nouerit abstinere a cōcessis· que frenare se nesciuit a vetitis· Omnis quidē creatura dei bona est· et nichil est abiciendum· quod cū grāꝝ actione pcipit̄· sed nō ad hoc creati sum9 vt feda et imprudēti auiditate omēs mundi copias exspectam9· tanq̄ qd licet sumi nō liceat ṗtermitti Laudet̄ deus· qui hoim vsui tam multa donauit· sed agnoscat racionalis anim9 maiores delicias mēti datas esse q̄ carni Et cū audit sibi p spiritū sanctum dici· post ɔcupiscencias tuas nō eas · et a voluntate tua auertere· intelligat sibi contra omnia que sensib9 corpis blandiunt̄· temperancie sectandaꝫ esse virtuteꝫ · per quā dum exterioris hominis voluntas minuitur · sapientia interioris auget̄· Non em̄ idem cordis vigor est sub onere cibi· qui sub leuitate ieiunij· nec eundē sensum potest sacietas generare quē pcitas quia dum caro ɔcupiscens aduersus spiritum spiritali cupiditate superatur · libera obtinet̄ sanitas et sana libertas· vt et caro mentis iudicio· et mēs dei regatur auxilio · Ad hanc ergo nos vtilitatem dilectissimi p̄sens tēpus inuitat vt a resurrectione domini vsqꝫ ad aduentum spiritus sancti quinquaginta diebus mēsis quos in leticia precipue festiuitatis exigimus ad ieiuniorum remedia recurramus· ne forte per occasioneꝫ licentie blandioris aliq̄s negligēcie culpas· delectabiliū vs9 insiderit· Terra ei carnis nr̄e nisi assiduis fuerit subacta culturis cito de segni ocio spinas tribulosqꝫ pducit · ꝛ ptu degeneri dabit fructū nō horreis inferēduꝫ · sed ignib9 cremandū Dicēte dn̄o omis plantacō quā nō plātauit pr̄ meus celestis eradicabit̄ Custodienda ergo nobis oim germinū seminūqꝫ generositas· quā ex summi agricole plātacōe ɔcepim9· ꝛ vigili sollicitudie ꝓuidēduꝫ ne dei munēa aliq̄ inuidentis inimici fraude violent̄· ꝛ i padiso ꝓtutū nō crescat silua viciorꝫ Ad declinandū aūt h̄ malū nichil ē poteci9

elemosinis atq3 ieiunijs Dum et carnales cupiditates cō tinētia necat ꝛ desideriorꝫ spiritualiū fruct9 misericordie cura multiplicat vnde caritatē vestram solemniter admonemus vt p castigacionē corpis et p omia pietatis opera mūdari ab omni sorde peccatorꝫ curemus· quarta ꝛ sexta feria ieiunemus· sabbato apud beatissimū petrum apostolum vigilias celebremus cuius meritis ꝛ oracionibus ita nos p omnia credimus adiuuandos vt misericordia dei et ieiunijs nostris assit et votis· p xp̄m dominum nostrum·

De eodem sermo quintus·

Religiosam deuocōnez dilectissimi qua ob diem castigacōnis et liberacōnis nostre cunctus fideliū populus ad agēdas deo gracias ꝯfluebat· pene ab omibus pxime fuisse neglectā ipsa paucorꝫ qui affuerunt raritas demōstrauit· et cordi meo multū tristitie intulit et plurimū timoris incussit· magnum em̄ piculuz est homies esse ingratos deo· et p obliuionē beneficiorꝫ eius· nec de correctione ꝯpungi· nec de remissione letari Vere or igit̄ dilectissimi ne vox illa pphetica tales increpasse videatur que dicit· flagellasti eos ꝛ nō doluerūt et castigasti eos et noluerūt accipe disciplinā· Que in eis correctio ostendit̄· in quib9 tāta auersitas repit̄· pudet dicere· sed necesse ē non tacere· plus impendit̄ demonijs q̄ apostol'· et maiorez obtinent frequentiam insana spectacula q̄ beata martiria Quis hanc vrbē reformauit saluti· quis a captiuitate eruit· quis a cede defēdit· ludus currentiū· an cura sanctorum quorꝫ vtiq3 p̄cibus diuine censure flexa sentēcia est· vt qui merebam̄ iram seruaremur ad veniam Tangat obsecro dilectissimi cor nostrū illa sententia saluatoris qui cum decez leprosos misericordie ꝟtute mūdasset vnū tm̄ ex eis dixit ad agēdas grās reuertisse· significās videlicet de igratis ꝗ huic pietatis officio eciā si corpis assecuti sunt sanitatē· nō tn̄ sine animi ipietate defuerunt Ne ergo ista igratorꝫ nota etc̄ vob dilcissimi possit asscribi

reuertimini ad dominū intelligentes mirabilia que in nobis dignatus ē opari et liber·actionem nostram non sicut opinant̄ impij stellaꝝ effectibus·sed ineffabili omipotentis dei misericordie deputantes qui corda furentiū barbarorum mitigari dignatus est ad tanti vos beneficij memoriam tāto fidei vigore cōferte·grauis negligētia maiore satisfactione curāda est ad emēdationeȝ nostrā vtamur lenitate pcentis·vt beat9 petrus ⁊ omēs sancti qui nobis in multis tribulacōibus affuerūt obsecracōes nostras ꝑ nobis apud misericordem deū iuuare dignēt̄ ꝑ dominum nostrum ihesum cristum filium tuum qui ꝛc·

De petro et paulo apostolis·

OMnium q̄ppe sanctaꝝ solēnitatū dilectissimi tot9 orbis ē pticeps·et vni9 fidei pietas exigit vt quicquid ꝑ vniuersoꝝ salute gestū recolit̄·omnib9 vbiqȝ gaudijs celebret̄· Verūtamen hodierna festiuitas p̄ter illā reuerentiā quā toto terraꝝ orbe ꝓmeruit·speciali et ꝓpria nostre vrbis exultacōe venerāda est·vt vbi p̄cipuoꝝ apostoloꝝ glorificatus ē exit9 ibi in die martirij eoꝝ fit leticie p̄ncipatus Isti em̄ sunt viri ꝑ quos tibi euāgeliū xp̄i roma resplenduit·et q̄ eras mgr̄a erroris facta es discipula veritatis Isti sunt patres tui· veriqȝ pastores qui te regnis celestib9 inserendā·multo meli9 mlt̄oqȝ felicius cōdiderunt· q̄̄ illi quoꝝ studio p̄ma menium tuorum fundam̄ta locata sunt· Ex quib9 is qui tibi nomē dedit·fraterna te cede fedauit Isti sunt qui te ad hāc gloriam ꝓuexerunt·vt sis gens sancta ꝑplus electus·ciuitas sacerdotal' et regia·ꝑ sacram beati petri sedē caput orbis effecta·lacius p̄sidens religione diuina· q̄̄ dominatōe terrena Quāuis em̄ multis antea victorijs ius imperij tui terra mariqȝ protuleris minus tamen est quod tibi bellicus labor subdidit· q̄̄ quod pax cristiana subiecit· Deus nāqȝ bonus est et iustus et omipotens·qui misericordiā suā huāno generi nūq̄̄ denegauit·omēsqȝ i cōmune mortales

ad cognicõnez sui habundãtissimis semp beneficijs erudi
uit voluntariã errantiuz cecitatẽ et pcliuez in deteriorẽ
nequiciaz secretiori consilio et altiore pietate miseratus
est mittendo verbũ suum equale sibi et coeternũ Verbũ
igitur caro factuz ita diuinã naturã nature vniuit huma
ne vt illius ad infima inclinatõ nostra fieret ad summa p
uectio Vt aũt hui9 inenarrabilis gracie p totũ mundum
diffunderet effectus romanum regnũ diuina puidẽtia p
parauit Cuius ad eos limites incremẽta pducta sunt qui
bus cunctaꝶ vndiqꝫ gentiũ vicina et otigua esset vniuer
sitas Disposito namqꝫ diuinit9 opi maxime ogruebat vt
multa regna vno ofederarent imperio ꝛ cito puios habe
ret populos pdicacõ generalis quos vnius teneret regi
men ciuitatis Hec aũt ciuitas ignorãs sue puectõnis au
ctorem cum pene omibus dominaret gentib9 omniũ gen
cium seruiebat erroribus et magnã sibi videbat assump-
sisse religionez qr nullam respueret falsitatẽ Vnde ꝙtum
inerat p diabolũ tenati9 illigata tñ p xpm ẽ mirabilius
absoluta Nam cũ duodecim apostoli accepta p spiritum
sanctũ oim locucõe linguaꝶ imbuẽduz euãgelio mundũ
distributis sibi terraꝶ ptibus suscepissent beatissim9 pe-
trus princeps aplici ordinis ad arcem romani destinatur
impij vt lux veritatis que in oim gentium reuelabat salu-
tem efficatius se ab ipso capite p totum mũdi corp9 effũ
deret Cui9 aũt nationis homines i hac tũc vrbe nõ essent
aut queusqꝫ gentes ignorarẽt qd roma didicisset Hic
conculcãde philosophie opiniones hic dissoluẽde erant
terrene sapiẽcie vanitates hic ofutandi demonuz cultus
hic oim sacrificioꝶ impietas destruẽda vbi diligẽtissime
habebat supsticione collectũ quicquid vsqꝫ fuerat vanis
errorib9 institutuz Ad hãc igit vrbẽ tu beatissime petre
apostole venire nõ metuis ꝛ osorte glorie tue paulo aplo
aliaꝶ adhuc ecclesiaꝶ ordinacõibus occupato siluã istã
fremẽtiũ bestiaꝶ ꝛ turbulentissime pfunditatis occeanũ

constancior quam cum supra mare graderetis ingrederis. Nec mundi dominam times romam. qui in cayphe domo expaueras sacerdotis ancillam. Nunquid aut iudicio pilati aut seuicia iudeorum minor erat. vel in claudio potestas vel in nerone crudelitas. vincebat ergo materiam formidinis vis amoris. nec estimabas terrori cedendum. dum horum saluti consulis quos susceperas alendos. Hunc autem intrepide caritatis affectum iam tunc perfecto conceperas quando professio tui amoris in dominum trine interrogacionis est solidata misterio Nec aliud ab hac mentis tue intentione quesitum est. quam vt pascendis eius quem diligeres ouibus cibum quo ipse eras opinatus impenderes Augebant quoque fiduciam tuam tot signa miraculorum. tot dona crismatum. atque experimenta virtutum Iam populos qui ex circumcisione crediderunt erudieras. iam antiochenam ecclesiam vbi primum cristiani nominis dignitas est orta fundaueras Iam pontum galaciam capadociam aziam bithiniam. legibus euangelice predicacionis impleueras nec aut dubius de prouentu operis. aut de spacio tue ignarus etatis. tropheum crucis cristi romanis arcibus inferebas. et quo te diuinis preordinacionibus anteibant et honor potestatis et gloria passionis ad quam beatus coapostolus tuus. vas electionis et specialis magister gentium paulus occurrens. eodem tibi consociatus est tempore. quo iam omnis innocentia. omnis pudor omnisque libertas sub neronis laborabat imperio Cuius furor per omnium viciorum inflammatus accessum. in hunc enim vsque torrentem sue precipitauit insanie vt primus nominis cristiano atrocitatem generalis persecucionis inferret quasi per sanctorum neces gratia dei posset extingui Cuius hoc ipsum erat maximum lucrum vt contemptus vite huius occidue percepcio fieret felicitatis eterne Preciosa ergo est in conspectu domini mors sanctorum eius. nec vllo crudelitatis genere destrui potest sacramento crucis christi fundata religio Non minuitur persecucionibus ecclesia sed augetur Et semper dominicus ager segete diciori vestitur dum grana

singula cadunt multiplicata nascunt̄ Vnde duo ista pre=
clara diuini seminis in quantā sobolem pullularint beato
rum martirū milia ꝑtestant̄ qui apostolicoꝝ emuli triū=
phorum vrbem nostrā purpuratis ⁊ longe lateq̄ rutilan=
tibus ppl̄is ambierūt et quasi ex multaꝝ honore gemma
rum conserto vno diademate coronauerūt de quo p̄sidio
dilectissimi diuinit9 nobis ad exemplū paciencie et cōfir
macionē fidei p̄parato vniuersalit̄ quidez in oīm sanctoꝝ
ꝯmemoracōne letādum ē sed in hoꝝ excellentia patrū me
rito est exultanti9 gloriādum quos gracia dei in tantum
apicem inter omia ecclesie mēbra ꝑuexit vt eos in corpe
cui caput xp̄s est quasi geminū ꝯstituerit lumē oculorum
De quoꝝ meritis atq̄ virtutibus que omnē loquendi su
perat facultatē nichil diuersum nichil debemus sentire di
scretum q2 illos et electio pares et labor similes ⁊ finis fe
cit equales Sicut aūt et nos expti sum9 et nostri ꝓbaue
re maiores credim9 atq̄ cōfidimus inter omēs labores
istius vite ad obtinendā dei misericordiam semp nos spe=
cialium patronoꝝ oracionib9 adiuuandos vt quantū ꝓ
prijs peccatis deprimim̄ tātum apostolicis erigamur meri
tis Per dominū nr̄m ihesum cristuz cui ē honor cum patre
et spū sancto eadē potestas vna diuinitas in secula secl'oꝝ

De eodem sermo secundus

Exultemus in domino dilectissimi ⁊ spirituali iocū
ditate letemur q2 vnigenit9 dei patris filius dn̄s
noster ih̄s xp̄s ad insinuandā nobis dispensacōis
et diuinitatis sue misteria apostolici ordis primū beatum
petrum huic ciuitati dignatus ē prerogare cui9 hodier=
na solennitas recurrēte triūpho martirij specimen et dec9
cōtulit orbi terraꝝ Hoc eñi obtinuit dilectissimi illa con
fessio que a deo patre apostolico inspirata cordi oīm hu=
manaꝝ opinionū incerta transcēdit ⁊ firmitatez petre q̄
nullis impulsionib9 quateret̄ accepit Euāgelica siquidez
referāte historia omēs apostolos dn̄s quid de se opinent̄

interrogat At vbi quid habeat discipulorum sensus exigitur ille prior est in apostolica dignitate qui cum dixisset· Tu es cristus filius dei viui·respondit ei ihesus·beatus es symon bariona quia caro et sanguis non reuelauit tibi·sed pater meus qui in celis est Ideo beatus es quia pater meus te docuit nec opinio terrena fefellit sed inspiracio celestis instruxit et non caro nec sanguis sed ille me tibi cuius sum vnigenitus indicauit Et ego inquit dico tibi·hoc est sicut tibi pater meus manifestauit diuinitatem meam ita ego notam tibi facio excellentiam tuam·quia tu es petrus idest cum ego sim inuiolabilis petra·ego lapis angularis qui facio vtraque vnum tamen tu quoque petra es quia in ea virtute solidaris vt que michi potestate sunt propria sint tibi mecum participacione communia Super hanc petram edificabo ecclesiam meam et porte inferi non preualebunt aduersus eam· Super hanc inquit fortitudinem eternum exstruam templum·et ecclesie mee celo inserenda sublimitas in huius fidei firmitate consurget Hanc confessionem porte inferi non tenebunt mortis vincula non ligabunt Vox enim ista vox vite est et sicut confessores suos in celestia prouehit ita negatores ad inferna demergit propter quod beatissimo petro dicitur Tu es petrus et super hanc petram tibi dabo claues regni celorum· Et quecumque ligaueris super terram erunt ligata et in celis et quecumque solueris super terram erunt soluta et in celis Transiuit quidem in alios apostolos vis istius potestatis·sed non frustra vni commendatur quod omnibus intimetur petro enim ideo hoc singulariter creditur quia cunctis ecclesie rectoribus forma petri proponitur· Manet ergo petri priuilegium vbicumque ex ipsius equitate fertur iudicium· nec nimia est vel seueritas vel remissio vbi nichil erit ligatum vel solutum nisi quod petrus aut ligauerit aut soluerit Instante autem passione sua dominus que discipulorum suorum erat turbatura constantiam symoni inquit Simon ecce sathanas postulauit vt cribraret vos sicut triticum Ego autem rogaui pro te ne deficiat fides tua et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos ne intretis

in temptacōnem Cōmune erat omibus apostolis piculū de temptacōe formidis et diuine ptectionis auxilio piter indigebant· quoniā diabolus omnes exagitare omēs cupiebat elidere et tamē specialis a domino petri cura suscipitur et p fide petri ppe supplicatī tanq̄ aliorum status certior fit futurus si mens principis victa nō fuerit· In petro ergo omniū fortitudo munitur et diuine gracie ordinatur auxiliū vt firmitas que p cristum petro tribuitī· per petrum apl'is conferatī Nam et post resurrectionez suā dominꝰ beato petro apl'o regni claues dās ad trinā eterni amoris pfessionē mistica insinuacōne ter dixit pasce oues meas quod et nunc pculdubio facit et mandatū dei pius pastor exequitī ꝯfirmans nos exhortacōnibꝰ suis et p nobis orare non cessans vt nulla tēptacione superemur Si aūt hanc pietatis sue curā omni populo dei sicut credendum est vbiqꝫ ptendit · quātomagis nobis alumnis suis opem suā dignatī impēdere apud quos in sacre dormicōis thoro eadem quā presedit carne requiescit Cum itaqꝫ dilectissimi tm̄ nobis videamꝰ p̄sidium diuinitꝰ institutum racionabilitī et iuste inducis nostri meritis ⁊ dignitate letamur gracias agētes sempiterno regi redēptori nostro ihesu cristo qui tantā potentiā dedit ei quē tocius ecclesie p̄ncipem fecit ad laudem ⁊ gloriaꝫ nominis sui· Qui cum deo patre et spiritu sancto ⁊c·

In octauis apostoloꝝ petri et pauli sermo primus·

Religiosam deuocionē dilectissimi qua ob diem castigacōnis ⁊ liberacōis nostre cūctus fidelium populus ad agendas deo gracias ꝯfluebat pene ab omibus pxime fuisse neglectā ipa paucoꝝ qui affuē caritas demonstrauit et cordi meo multum tristicie intulit et plurimum timoris incussit· Magnum enim periculum est esse homines ingratos deo et per obliuionem beneficiorum eius nec de cōcepcione compungi nec de remissione letari· vereor igitur dilectissimi ne vox illa pphetica tales

increpasse videat que dicit Flagellasti eos et nō voluerūt Castigasti eos et noluerunt accipe disciplinam. Que em̄ in eis correctio ostendit̄ in quibus tanta auersio repitur. Pudet dicere sed necesse est non tacere plus impēditur demonijs q̄ apostolis et maiorem obtinent frequentiaȝ insana spectacula q̄ beata martiria Quis hanc vrbem reformauit saluti. quis captiuitate eruit. quis a cede defēdit. ludus circensium an iura sanctoꝝ quorum vtiq̧ precibus dominice censure flexa sentencia est vt qui merebam̄ iraȝ seruaremur ad veniam Tangat obsecro cor vestrum ista sententia saluatoris qui cum deceȝ leprosos misericordie virtute mundasset vnū tm̄ ex eis dixit ad agendas gr̄as reuertisse signans videlicet de ingratis q̄ huic pietatis officio eciā si corpis assecuti sunt sanitatem non tamē sine animi impietate defuerunt Ne ergo ista ingratoꝝ nota eciā vobis dilectissimi possit asscribi reuertimi ad dominū intelligentes mirabilia que nobis dignatus ē opari et liberacōneȝ nostrā non sicut opinān̄t impij stellaꝝ affectib9 sed ineffabilis omipotentis dei misericordie deputantes qui corda furenciū barbaroꝝ mitigare dignat9 ē Ad tāti vos beneficij memoriā toto fidei vigore cōferte grauis negligentia maiore sanctificacōne curanda est ad emendacionem nostraȝ vtamur lenitate pcentis vt beatus petrus et omnes sancti qui nobis in multis tribulacionibus affuerunt obsecracōnes nostras p nobis apud misericordem deum iuuare dignēt̄ p dominum nostrū ihm cristum filium tuum qui tecum viuit et regnat ⁊c. Septem frib9.

Sermo eiusdem de machabeis legendus in festo beati petri ad vincula.

Gracias dilectissimi agamus domino deo nostro q̄ quanta sit huius solemnitas et si ego taceam conuentus vester ostendit. Tam conspiranti em̄ studio et deuoto animo ↄuenistis vt festiuitatis magnificenciam ⁊ si ſmo non indicet ↄgregacō tn̄ ipsa testet̄. ⁊ recte

Duplex em̄ causa leticie est in qua et natalem ecclesie co-
limus et martirum passione gaudem9 Nec imerito digne
ecclesia horum exultat martirio quorum ortatur exemplo
Causaȝ ergo solennitatis hodierne dilectissimi plenissime
sacre historie lectōne didicistis nec latere vos potuit quē
intanto rerum gestarum ordine excepitis auditum Cum
gloriosam septem martirum matrem exultanti et non ta-
cito honoretis affectu in singulis quidem filijs passam sed
in omnibus coronatam. subsecuta est em̄ felici exitu quos
inuicto p̄misit hortatu. beata genitrix beata progenies
memorabilis p̄cedentium fortitudo Nam cum in illo ordi
ne mortui ⁊ in illa disposicōne penarum id seuissimi regis
excogitasset impietas vt victoria sibi et de primis pmit-
teret quos sine tollerantie cruentaret exēplo et de postre
mis quos in supplicio torqueret alieno. multiplicate sunt
martirꝝ palme et dum singuli in omibus vincunt p̄ter co
ronas ꝓprias omnes acquisiere septenas Sed hec in fru
ctuosam recolenda sunt auriū voluptatem Inflat sciēcia
nisi edificet obedientia. grauant audita nisi suscipiantur
imitanda Nec em̄ quia cessauit psecutor et tortor qꝛ iam
omnes deo militant potestates desunt cristianis quas su
perent passiones. fili inquit accedēs ad seruituteȝ dei sta
in iusticia et timore et prepara animā tuaȝ ad tēptacionē
Et apostolus dicit. quicumqȝ in cristo pie volunt viuere
psecucioneȝ patiūtur ꝓpter iusticiā Qui ergo putas qui
euisse psecucōnē et nullum tibi cum hostibus esse cōflictuȝ
intimū cordis tui scrutare secretū et omnes recursus ani
me tue diligēs explorator ingredere et vide si te nulla re
pugnat aduersitas. si nullus tirannus in mentis tue arce
vult dominari. Noli cū auaricia pacē firmare et iniquorꝝ
questuū incremēta contempne. Supbie concordiaȝ nega
et magis time in gloria q̄ꝫ in humilitate calcari. Dissocia
re ab ira nec doloreȝ inflammet inuidie cupido vindicte.
Renuncia voluptati auertere ab inmūdicia pelle luxuriā

fuge iniquitatem obmitte falsitatē et cum videris te multiplicem habere pugnā tu quoq3 imitator martirꝝ vniuersam quere victoriā Tociens enī peccatis morimur quociens in nobis peccata moriuntur et pciosa in conspectu dn̄i eciā ista mors sanctorꝝ eius vbi homo occiditur mūdo nō terminacōne sensuū sed fine viciorum • Si ergo carissimi non ducitis cum infidelibus iugum si peccatores esse desistitis et nullis carnaliū cupiditatum tēptacōnibus creditis solemnē hunc diem celebretis et nō solum martires et martirum matrē sed illius eciā memoriā iusto honore veneramini qui hoc die antiquā festiuitatem huius loci geminauit • Magnificus quidē structor parietū sed magnificēcior edificator aiarꝝ vlt̄ eui sui terminos opa pietatis extendens vt vtilitatibus institucionum eius eciā in ipso frueretur deuota posteritas et habitando quod cōdidit et faciendo Omnia igit̄ dilectissimi que oculis cernitis et mente meministis ad profectū vestre edificacōnis assumite et ita vnusquisq3 vestrum preparato a maioribus vtatur habitaculo vt seipso meminerit templū dei esse fundatum Nichil structure sue prauū nichil supponat infirmum Sed viuis et electis lapidibus cōgruendo p indissolubilem connexionē crescat in dominici corpis vnitatem auxiliante domino nostro ihesu cristo ꝛc•

De sancto laurencio sermo•

Cum omnium dilectissimi summa virtutū et toci9 plenitudo iusticie• de illo amore nascatur• quo de9 proximusq3 diligitur• in nullis pfecto hic amor sublimius excellere• clariusq3 fulgere q̄ꝫ in beatissimis martiribus inuenitur• qui domino nostro ihesu cristo ꝓ omnib3 hominibus mortuo tam ꝓpinqui sunt imitacōne caritatis q̄ꝫ similitudine passionis• Quāuis enī illi dilectioni qua domin9 nos redemit nulla cuiusq̄ꝫ benignitas possit eq̄ri q2 aliud est ꝓ iusto mori hominē sua necessitate moriturum• aliud ꝓ impijs occūbere a debito mortis alienum • multū

tamen vniuersis hominibus martires contulerunt quorum fortitudine ita eius largitor vsus est dominus vt penam mortis et atrocitatem crucis nullis suorum vellet esse terribilem. Cum ergo nullus bonus sibi soli est bonus. nec cuiusque sapientis sibi tantum sapiencia est amica. et hoc verarum natura virtutum est. vt multos a tenebroso abducat errore qui earum clarus lumine est. ad erudiendum dei populum nullorum est vtilior forma quam martirum. eloquencia facilis ad exhortandum. sit racio efficax ad suadendum. validiora tamen sunt exempla quam verba. et plenius docere opere quam voce. In quo excellentissimo genere doctrine beatus laurentius cuius passione dies hodiernus illustris est. quam gloriosa polleat dignitate. eciam persecutores ipsius sentire potuerunt. cum illa mirabilis animi fortitudo de cristi principaliter amore concepta. non solum ipsa non cederet. sed eciam alios exemplo sue tollerantie roboraret. Cum enim furor gentilium potestatum in electissima queque cristi membra seuiret. ac precipue eos qui ordinis erant sacerdotalis impeteret. in leuitam laurentium qui non solum ministerio sacramentorum. sed eciam dispensacione ecclesiastice substancie preminebat. impius persecutor efferbuit. duplicem sibi predam de vnius viri conprehensione promittens quem si fecisset sacre pecunie traditorem. faceret eciam vere religionis exsortem. Armatur itaque gemina face homo peccunie cupidus et veritatis inimicus. Auaricia vt rapiat aurum. impietate vt auferat cristum. postulat sibi ab immaculato sacrarii presule opes ecclesiasticas. quibus auidissimus inhiabat inferri. Cui leuita castissimus vbi eas repositas haberet ostendens. numerosissimos sanctorum pauperum obtulit greges. in quorum victu atque vestitu inamissibiles condiderat facultates. que tanto integritatis erant salue. quanto sanctius probabantur expense. Fremit igitur predo frustratus. et in odium religionis que talem diuiciarum vsum instituisset ardescens. direptionem thesauri pocioris aggreditur.

vt apud quem nullam denariorum substanciam repisset illud depositum ei quo sacratius erat diues aufferret Renunciare cristo laurentiū iubet et solidissimaʒ illam leuitici animi fortitudineʒ diris parat vrgere supplicijs Quorum vbi minora nil obtinent vehementiora succedunt laceros artus et multa verberū sectione cōscissos subiecto p̄cipit igne torreri vt p crathem ferream que iam de feruore continuo vim in se haberet vrendi conuersorum alterna mutacione membrorum fieret cruciatus vehemencior et pena pductior Nichil obtines nichil pficis seuera crudelitas Subtrahit͂ tormētis tuis materia mortalis et laurencio in celos abeunte tu deficis flammis tuis Superari caritatis cristi flāma non potuit et segnior fuit ignis qui foris vssit q̄ qui intus accendit Seuisti psecutor in martirem seuisti et auxisti palmā dum aggeras penaʒ Nam quid non ad victoris gloriam ingeniū tuum reperit quādo in honoreʒ trāsierunt triūphi eciā instrumēta supplicij Gaudeamus igitur dilectissimi gaudio speciali et de felicissimo incliti viri fine gloriemur in domino qui est mirabilis in sanctis suis in quibus nobis est p̄sidium constitutum et exemplū atqʒ ita p vniuersum mundū clarificauit gloriā suā vt a solis ortu vsqʒ ad occasum leuiticoꝝ luminū chorus cāte fulgore q̄ clarificata est ierosolia stephano tam illustris fieret roma laurentio Cuius orōne et patrocinio adiuuari nos sine cessacōne confidimus vt quia omnes sicut apostolus ait quicumqꝫ volunt in cristo pie viuere psecucōnem paciuntur corroboremur spiritu caritatis et ad supandas omnes tēptaciones constantis fidei pseuerācia muniam̄ p dn̄m nostrū ih̄m xp̄m viuentē et regnantē cū patre ⁊ spū sancto in secula seculoꝝ Amē

De ieiunio septimi mensis

Obseruantiam quidem vestram dilectissimi ita nouimus esse deuotam vt animas vestras non solum legittimis sed eciā volūtarijs ieiunijs excolatis

verūtamen adiciendā est huic studio eciā nostre ammonicionis exhortacio· vt si qui sunt i hoc exercicio tardiores· in his saltem diebus cōmuni abstinencie se obedienter adiungāt in quibus nos optet sacratissimā consuetudinem attentius celebrare vt p humilitatē ieiunij contra omēs hostes nostros diuinum mereamur auxilium Res em̄ est p̄cipui opis quā et ex auctoritate indicimus et ex caritate suademus· vt paululum edendi libertate cōpressa· castigacioni corpm et pauperum studeam9 alimonie quos qui reficit animā suam pascit· et tempales epulas· in delicias mutat eternas In locum igitur malaꝝ cupiditatum sanctorum desideriorum incrementa succedāt Cesset iniquitas· sed non sit ociosa iusticia· Quē nullus patitur opprimentem· sentiat aliquis adiuuātem Parum est em̄ nō auferre aliena· nisi largiaris ꝓpria Sub oculis iusti iudicis sumus qui nouit quantā vnicuiqȝ bene opandi dederit facultatem nō vult ociosa esse munera sua qui seruis suis sic mensuras misticorum distribuit talētorum· vt creditum qui liberaliter erogasset augeret· qui steriliter seruasset amitteret· Et ideo dilectissimi quia septimi mēsis ieiuniū celebrare nos conuenit· sanctitatem vestram monem9 vt quarta et sexta feria ieiunem9· sabbato vero apud beatū petrum apostolum piter vigilemus· cuius suffragantib9 meritis ab omnibus tribulacōnib9 mereamur absolui· p dominum nostrum ihesum xp̄m qui viuit &c·

¶ De eodem sermo secundus

Deus humani generis conditor et redemptor qui nos ad ꝓmissiones vite eterne p semitas vult ambulare iusticie de futura temptacōne· que nobis in itinere virtutum insidiosis aduersaret̄ occursibus· multis nos p̄sidijs dilectissimi quibus laqueos diaboli obtineremus instruxit· Inter que hoc famulis suis saluberrimuȝ contulit vt contra inimici dolos fortitudine se continētie et opibus pietatis armarēt Ille em̄ qui ab inicio primis

hominibus interdicti cibi inseruit appetitum· et male cre-
dulis p illecebram edendi omniū concupiscenciarum virus
infudit · easdem fraudes retractare non desinit · et in na-
tura quā scit suis seminibus esse viciataz sationis sue ger
men inquirit· vt ad labefactanda studia virtutis·desidе-
ria voluptatis accendat Quoniā pena ipsius est pnectio
cristiana · nec potest eorum animos aliquo modo ledere ·
qui nouerūt auxiliante domino in sua carne regnare· Ra
cionabili igitur moderacōne sanctoqz pposito frenande
sunt rebelles cupiditates · nec sinendum est · vt castis et
spiritualibus desiderijs corporales concupiscentie reluc-
tentur Agnoscat interior homo exterioris sui esse recto-
rem· mens diuino gubernata dominatu· terrenā substan
ciam in bone voluntatis cogat obsequium Nec em̄ deest
nobis ad hunc ordinem conseruāduz misericordissimi re-
gis auxilium·qui nos saluberrime obseruātie rōne forma
uit pfiniens nobis p temporum recursus quosdam ieiuni
orum dies· in quibus castigacōne corpm virtus robora-
retur animorum · Huius autē remedij munus dilectissimi
eciā in isto qui septimus ē mense dispositum est quod nos
prompta conuenit alacritate suscipe·vt preter abstinen-
ciam qua quisqz se peculiariter atqz priuatim secundum
modum sue possibilitatis exercet hec ipsa que omnibus si
mul indicitur animosius celebretur· Nam in omni agone
certaminis cristiane vtilitas continentie plurimuz valet
ita vt seuissimorum demonum spirit9 qui ab obsessis corpo
ribus nullis exorzizantium fugant̄ imperijs·sola ieiunio-
rum virtute pellantur dicente domino Hoc genus demo
niorum non eicitur· nisi in ieiunio et oracione· Grata er-
go est deo et terribilis diabolo ieiunantis oracio·nec la-
tet quātum acquirit saluti sue·que tātum prestat aliene ·
In hac sciencie obseruantia dilectissimi quamuis omnes
nos vnanimiter opteat esse deuotos · si qui tñ sunt quorum
voluntati aliqua obsistat infirmitas · laborem qui supra

vires est corporum redimāt impendijs facultatū. Multa
em̄ sunt opa pietatis que ipam edendi necessitatem meri
to ampliori cōmendent si ieiunantium purificacōnez stu-
dio benignitatis acquirunt. non tamē hij qui nichil omit
tunt de humiliacōne ieiunij. sub sterili fatigacione desu-
dent. nisi se elemosinarum qua possunt erogatione sancti-
ficent. Dignum ē vt in alimonia paupm habundātior fit
eorum largicio. quorꝝ ad abstinenduz minor est fortitudo
Quod ergo qs in sua sibi infirmitate nō denegat. aliene
inopie libenter impendat et ꝓpriā necessitatez faciat sibi
cum indigente cōmunem. Non culpat infirmus ieiunium
soluens. a quo cibum accipit paup esuriens. nec escam su
mendo polluitur qui elemosinam impciendo mundat. dicē
te domino. Date elemosinam et ecce omia munda sunt vo
bis In quo ope dilectissimi eciā hi qui ab epularꝝ delecta
cione se continent. fructus sibi habēt misericordie cōpare
vt qui habundātius seminauerunt copiosius metant Nō
em̄ vnq̄ agricole suo seges ista metitur aut incertā spem
habet opis cultura pietatis Quicquid hoc modo serentis
manu spargit. non estus vrit. non torrens trahit. nō grā
do prosternit. Incolumes semp sunt omnes pietatis expē
se. nec solum integre manent. sed et modo augent et qua
litate mutantur. De terrenis celestia prodeunt. de puis
magna gignūtur. et tempale bonum in premium transit
eternuz. Quisquis igit diuicias amas. quisqz multiplica
ri que possides concupiscis. in hec lucra accendere. in hec
rerum tuarum augmenta suspira. de quibus nichil fur ac
cipit. nichil tinea corrumpit. nichil rubigo cōsumit Noli
desperare de fenore. noli de accipiente diffidere. qd vni
ex minimis meis feciſtis michi feciſtis. Quis dicat intellige et apud
quē opes tuas colloces. pspicacib9 fidei ocul securus ag
nosce. non dubitet de recepcōne cui cristus est debitor.
non sit anxia libertas nec triste ieiunium Hilarem em̄ da
torē diligit deus qui fidelis ē in verbis suis. ꝛ habundant

largita retribuit qui benigne largienda donauit·

¶ De eodem sermo tercius·

Ad exorandam dilectissimi misericordiā dei et ad renouandum statuȝ fragilitatis humane quantū valeant religiosa ieiunia sanctorum ꝓphetarum predicacōne cognoscimus· qui diu ne iusticie commotionem quā frequenter popul9 israhel merito iniquitatis inciderat· non nisi ieiunio protestantur posse placari· vnde et iohel propheta ammonet dicens· Hec dicit domin9 deus noster· conuertimini ad me in toto corde vestro· in ieiunio et fletu et planctu· et dirumpite corda vestra et nō vestimenta· et conuertimini ad dominun deum vestrum· quia misericors est et paciens et magnimis ꝛ multuȝ misericors Et iterum· sanctificate ieiunium· predicate curationem· congregate plebem· sanctificate ecclesiaȝ Que cohortacō dilectissimi nostris quoqȝ est amplectenda tēporibus quia huius curacionis remedia eciā nobis sunt necessaria predicanda· vt in obseruātia sanctificacionis antique· quod ꝑdidit iudayca preuaricacio· acquirat cristiana deuocio Diuinarum nāqȝ reuerencia sanxionum int̄ quelibet spontanee obseruancie studia habet semp preuilegium suum· vt sacratius sit quod publica lege celebrat̄ q̄ꝫ quod priuata institucione dependitur· Exercitacō eni͂ continencie quā sibi ꝓprio quisqȝ indicit arbitrio· ad vtilitatem cuiusdam ꝑtinet porcionis Jeiunium vero quod vniuersa ecclesia suscipit neminem a generali purificacione seiungit· Et tunc fit potētissimus dei populus quando in vnitateȝ sancte obediencie omnium fidelium corda cō ueniunt· et in castris milicie cristiane similis ex omi ꝑte ꝑ paracio et eadē est vbiqȝ municō· fremat licet cruenti hostis ꝑuigil furor· et latebrosas vndiqȝ pretēdat insidias· neminem tamen cape· neminē poterit vulnerare si nulluȝ inermē nulluȝ desidem· nullum inuenerit ab ope pietatis exsortē Ad cuius ergo inuicte pietatis potēciā dilcissimi

eciam hoc nos solemne ieiunium septimi mēsis inuitat· vt a curis secularibus actibusqꝫ terrenis liberos ad dominū animos erigamus Et quia hanc intentionem semꝑ neces-sariam non omnes possumus habere perpetuā·sepiusqꝫ ꝑ humanam fragilitatēʒ a supernis recedimus· istis saltem diebus qui nobis ad saluberrima sunt remedia prestituti mundanis nos occupacōnibus subtrahamus· et aliquid temporis quod ꝓfit ad bona etnā furemur· In multis enī sicut scriptum est offendimꝰ omnes Et licet cotidiano dei munere a diuersis cōtaminationibus emundemur·inhereāt tamen in tantis animis plerumqꝫ macule crassiores· quas optet diligentiore cura ablui et impendio maiore deleri Plenissima autem peccatorum obtinetur abolicio·quan do tocius ecclesie vna est oracio·et vna confessio· Vbi enīʒ duorum vel trium sanctorum pio consensui omnia que po poscerint dominus prestanda promittit· quicquid nega bitur multorum milium plebi vnam oseruanciam pariter exequenti·et per vnum spiritum concorditer supplicanti· Magnum est in conspectu domini dilectissimi valdeqꝫ ꝑ-ciosum·cum totus cristi populus hijsdem simul instat of-ficijs·et in vtroqꝫ sexu omnis gradus· omnesqꝫ ordines eodēʒ cooperantur affectu cum in declinando malo·ac fa ciendo bono par cunctorum et vna substancia est cum in operibus seruorum suorum glorificatur deꝰ et tocius pie tatis auctori in multarum graciarum actione benedicit Aluntur esurientes· vestiuntur nudi visitantur infirmi et nemo quod suum est querit sed quod alterius·dum ad releuandam alienam miseriam vnicuiqꝫ mensura sua suf-ficit·et facile est inuenire hilarem largitorem·vbi moduʒ operis racio temperat facultatis· Per hanc autem dei gratiam que operatur omnia in omnibus·omnis fidelium fructus·et cōmune fit meritum Quoniam quidem potest et eorum par esse animꝰ· quoꝝ impar est census et cū alt̄ de alteriꝰ letatur largitate·cui equari nō potuit impēdio

equatur et affectu Nichil in tali populo inornatū· nichil qȝ diuersum est vbi ad vnum pietatis vigorem om̄ia sibi tocius corpis membra consentiunt · nec de sua tenuitate confunditur qui de aliorum opulentia gloriat̄· Hec9 em̄ vniuersitatis est excellentia portionis· et cum dei spiritu omnes agimur·non soluȝ illa nostra sunt· que ipsi gerim9 sed eciam illa de quibus in aliorum actōne gaudem9 Amplectamur igitur dilectissimi beatam istā sacratissime vnitatis soliditatem et solemne ieiunium concordante ꝓposito bone voluntatis ineam9 Nichil a quoq̄ꝫ arduū nichil asperum querit̄ nec aliquid nobis quod vires nostras excedat indicitur·aut in abstinentia aut misericordie operibus· Ipsi se censeant vt sacrificium misericordie non cuȝ tristicia offeratur nec inter damna numeret̄ Hoc pio impendatur operi·quod cor iustificet quod consciētia lauet quod demq̄ȝ et accipiēti ꝓsit et danti· Felix quidē est ille animus multumq̄ȝ mirabilis·qui facultatum defectioneȝ benefaciendi amore non metuit·et daturum sibi erogan- da non diffidit a quo quod erogaret accepit· Sed quia magnanimitas ista paucoꝝ est plenum eciaȝ pietatis ē · vt suorum curam quisqȝ non deserat· nos ꝑfectioribꝰ nō preiudicātes· ea nos regula generaliter cohortamur vt mandatum dei secundum mensuram vestre possibilitatis operemini Hilarem em̄ esse beniuolentiā decet·que sic suā temperet largitateȝ·vt de illa et pauperum refectio gaudeat et domestica sufficientia non laboret·Qui auteȝ ministrat semen seminanti·et panem ad manducandum prestabit et multiplicabit semen vestrum·et augebit incremēta frugum iusticie vestre Quarta igitur et sexta feria eiunemus sabbato vero apud beatissimuȝ petrum apostolum pariter vigilias celebremus·cuius meritis et oracionibus confidimus nobis misericordiā dei esse prestandaȝ per dominum et cetera ·

De eodem sermo · q̄rtꝰ

PRedicacionem nostram dilectissimi familiaris vo
bis adiuuat consuetudo· et racio tempis commē
dat officiuʒ sacerdotis ne aut onerosuʒ videatur
aut arduum·quod et preceptum exigit legis· et deuocō
tempat voluntatis Que cum in vnum gracia dei auxilian
te conueniunt non littera occidit sed spiritus viuificat·
Vbi autem spiritus dei·ibi libertas·que legem non timo
re exequitur·sed amore Obedientia eñ mollit imperium·
nec dura ibi necessitate seruit·vbi diligitur quod iubet·
Cum ergo dilectissimi ad quedaʒ que eciā veteri testamē
to instituta sunt cohortamur·non iudaice vos obseruan=
cie iugo subdimus· nec consuetudinē vobis populi carna
lis indicimus· Excellit sup illorum ieiunia cōtinentia cri
stiana·et si quid nobis aut illis cōmune est in tempibus·nō
concordat in moribus· Habeant illi nudi pedalia sua et
in tristicia vultuum ostendant ociosa ieiunia nos in nullo
ad habitus nostri honestateʒ dissimiles nec a iustis et ne=
cessarijs operibus abstinentes· edendi licentiam simplici
parcitate cohibemus vt in vsu ciborum modus eligatur
non creatura damnetur Quamuis autē vnicuiqʒ nostrū
liberum sit voluntarijs cogitacōnibus ꝓprium corpus af
ficere· et nunc moderatius·nunc vero districtius repug=
nantes spiritui carnales cōcupiscēcias edomare· quibus
dam tamē diebus ab omnibus oportet pariter celebrari
generale ieiunium Et nunc est efficatior sanctiorqʒ deuo
tio quādo in opibus pietatis·tocius ecclesie vnus animꝰ
et vnus est sensus· publica eñ preferenda sunt ꝓprijs· et
ibi intelligenda est precipua racio vtilitatis·vbi vigilat
cura cois· Teneant igitur diligentiam suā obseruantie
singulorum· et cōtra nequicie spiritalis insidias implora
to diuino ꝓteccionis auxilio· celestia quisqʒ arma arripi
at Sed ecclesiasticus miles eciā si specialibus prelijs pos
sit fortiter facere tucius tñ et felicius dimicabit· si cōtra
hostē palā in acie steterit·vbi nō suis tm̄ viribus certamē

meat sed sub inuicti regis imperio fraternis cōsociatus ag=
minibus bellum vniuersale oficiat Minore em̄ discrimine
plures cōfligūt cum hoste q̄ꝫ singuli Nec facile patet vul
neri quē opposito scuto fidei nō sua tantū sꝫ eciā alioꝝ for
titudo defendit · vt vbi vna est omniū causa · fit vna victo
ria Quia igit̄ aduersarius noster insidiari nobis diuersa
tēptacionum arte nō desinit et hec vna est versuciaꝝ ei9
intencio vt redēptos cristi sanguine a mandatis dei pos=
sit abducere omni diligēcia p̄cauendū est vt nullis inimi
ci iaculis vulneremur Tela em̄ ipsius nō sunt aspera cor=
poris sensib9 · sed nimiū carni vt anime noceant blandiū
tur · Trahūt oculos ad varias cupiditates vt de mundi
pulchritudie aut cōcupiscencie accēdant̄ faces · aut sup
sticionū gignant̄ errores Insidioso em̄ somno ꝛ mollib9
ictibus pulsat̄ auditus · vt animi soliditas illecebrosa mo
dulacōe soluat̄ ꝛ letaliū ɔsuetudine suauitatū incauta et
parꝫ sobria corda capiant̄ Sꝫ hos diaboli dolos ineffica
ces et irritos faciūt diuine p̄sidia gr̄e et euāgelice p̄cep=
ta doctrine Nā qui acceperūt spiritū sanctū et a quib9 ti
mor domini nō de pene formidine · sed de dei caritate cōcep
tus est · illeso fidei pede laqueos taliū conterūt captionū ·
vt creaturaꝝ oīm pulchritudine ad laudē ꝛ gloriā suam
vtant̄ auctoris · eundē qꝫ diligāt sup omnia p quem facta
sunt oia In huius āmiracōe dilectissimi · oīm fideliū ten=
dat affectio De hoc sibi delectacōes nō corruptibiles · sꝫ
eternas sapiēs ɔtinentia petat · et in amorē boni sine quo
nullus est bonus incōtaminata castitas inardescat · Ad
hoc enim nobis tradita sunt exercicia cristiana · vt rese=
cata omni illicita voluptate · in sanctas et spiritales de=
licias estuemus · Et cum semper oporteat nos studere v̄
tutibus · quidam tamen dies ideo sunt ad castigacionē
cōmunis obseruancie consecrati · vt anima que terrenis
ad huc desiderijs implicatur et curis secularibus impedi
tur · ex interuallo saltim ad diuia respiret · et quia porcio

